Dispensatorium / Cum P. Coudebergi et M. Lobelii scholiis ... et auctariis. Accessit ... G. Rondeletii de theriaca tractatus, nunquam antea editus. [Appendix ex scriptis J. Silvii] Accesserunt ... formulae selectiorum pharmacorum.

Contributors

Cordus, Valerius, 1515-1544.
Coudebergi, P.
L'Obel, Matthias de, 1538-1616.
Rondelet, Guillaume, 1507-1566.
Dubois, Jacques, 1478-1555.

Publication/Creation

Leyden : J. Maire, 1618.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/zejpamdk

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org







1599 A
2 9

63.A.30 29476

VAL. CORDI
Dispensatorium,

Cum PETRI COVDEBERGI & MATTHIÆ LOBELII Scholiis, emendationibus, & auctarijs; item RONDELETI de Theriaca Tractatu.

Accesserunt novissima hac editione Formulæ selectiorum Pharmacorum, quorum post Val. Cordum usus in illustrium aliquot Rerumpublicarum Officinis receptus est.



LVGDVNI BATAVÆ,
Apud IOHANNEM MAIRE.
ANNO cIↃ. IↃ. C XVIII.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

LECTORI.

Scias, benigne Lector, asteriscos sparsim in hoc libello obuios loca emendata, mutata, vel restituta denotare.

Virtutum omni genere
Clariß. Viro

D. GERARDO GRAMAIO,
Domino Veſaliæ Comitis, ac ærarij bellici Quæſtori Statuum digniſſimo,
Petrus Coudenbergius S. P.

CVM Valerij Cordi de conficiendis Pharmacis libellum Chriſtophorus Plantinus prælo ſuo eſſet commiſſurus, rogauit me, vt, ſi quid haberem quod editionem iſtam iuuare poſſet, cum ſtudioſis communicarem. Fuit enim optimo viro ſemper propoſitum, vt quos libros imprimit, non niſi emendatiſſimè è ſua officina prodire ſinat. Quamobrem, vt de ipſius incredibili taceam diligentia & ſumptu, in omni diſciplinarum genere doctiſſimorum virorum opera vtitur. Ego verò, etſi quæ iam olim in hunc Cordi libellum (quem ego, quicquid dicat præfatio anonyma, poſt obitum auctoris in lucem, hæredum vel amicorum cura prodiiſſe, certis de cauſſis perſuaſum habeo) annotaueram, non eſſent apud me tanti momenti, vt vel ſemel de illorum editione cogitauerim; tamen non potui non homini mi-

hi amicissimo, & honesta petenti morem gerere. Quare vespertinas aliquot hac hieme horas, quæ sola me quid scribere vel legere permittebant, libelli huius correctioni dedi; & maximo mendorum numero sublato, in suum quaque ordinem restitui; multis interim ipsius auctoris adiectis medicaminibus, quæ hactenus hîc fuerunt desiderata ita vt operam me meam non malè posuisse confidam: vbi à nonnullis haud immeritò notatur, explicatè subiunctus id rationibus doceo, & nonnunquam ineptas quorundam reprehensiones refuto, quæ solo nouitatis studio sine vllis rationibus videntur inuectæ. Si quid autem à me erit omissum, copiosè & diligenter excutietur in magno meo huius farinæ opere, quod fortasse aliquando medicis & pharmacopœis non minorem voluptatem, quàm vtilitatem adferet. Quod verò illud nondum perficiam & publicem, maximas habeo & grauissimas consilij mei causas, tum quòd eorum fauore non subleuer, quorum intererat curare vt tale quid diligenter præscriberetur; tum quòd tempora sint ominosa, vt plures fiant aliptæ, quàm experti

perti Medici & Pharmacopœi. Qua de re cùm mecum cogito, nihil fero molestius, quàm gentis nostræ inscitiam, quæ cum in aliis ferè rebus omnibus nulli sit nationi secunda, nusquam æquè peccat, quàm quòd nostri ordinis hominibus sit iniquior. Id verò pluribus verbis aperire non est necesse. Quis enim est vel mediocriter in pharmacopoliis versatus, cui hoc non sit notissimum? Magna spes erat præterea, Ioannem Goropium Becanum, non tantùm rei Medicæ, sed vniuersæ Philosophiæ & antiquitatis peritissimum virum, aliquid de pharmaceutice scripturum. quod vtinam feciſſet! Sed quia nunc omni doctrina refertum opus, quod verè venerandæ antiquitatis plaustrum quis appellet, præ manibus habet, nostris certè rebus vacare non potest: ideòque nec hortum, vt constituerat, colere. Id quidem ego totis ferè viginti annis feci sedulò: & quidem nunc maximis laboribus & impensis, ad sexcenta exoticarum stirpium genera in meo florere hortulo quotidie, etsi rei familiaris cum iactura & dispendio, maxima tamen cum voluptate cerno. Eo

nisi cultor pauperis horti esset pauperior, darem operam, ne quid mihi deesset, quod nostra saltem tellus, licet summa cura, ferre posset. Interea id quod possum ago, quando quod volo non licet. Sperandum, inquit Euripides, & ferendum. Cæterùm, vt ad institutum redeam, quæ in hoc opusculo præstiti, illa tibi Gerarde Gramaie, singularis omnium bonarum artium patrone, dico dedicóque, partim vt obseruantiam erga te meam testificer, partim vt hæc qualiacumque nominis tui auctoritate munita, inuidiam & calumnias tanto faciliùs ferant. Suscipies ergo hæc, quæ tua est humanitas, benigno vultu, quo Petrum Coudenbergium in tuam iam pridem clientelam recepisti, & receptum constanter tueri pergis. Vale, Mæcenas optime. Ex officina nostra pharmaceutica, Antuerpiæ Kalend. Martiis, clɔ. Iɔ. LXVIII.

IOANNES POSTHIVS
D. MEDICVS GERMANVS.

Pharmaca quæ Cordus variis collegit in hortis
Lætus agens æui tempora verna sui.

Post

Post obitum in multos transcripta fuere libellos:
Verùm his errores non tolerandi inerant,
Quos gelido veniens Petrus de monte remouit,
Miscendo fidâ pharmaca cuncta manu.
Dij tibi, Coudenberge, senis dent Nestoris annos.
Vt quod habes, ingens perficiatur opus.

PRÆFATIO PRISCÆ EDITIONIS AD LECTOREM.

CVM Valerius Cordus, Euritij illius celeberrimi Medici filius, studiorum gratia Italiam petiturus, obiter ad vrbem nostrã Norimbergam peruenisset, atque cum doctis quibusdam ac bonis viris, præcipuè Medicis, mutuam notitiam, amicitiam, familiaritatemque studiosè cõtraxisset: inter cetera, quæ de bonis literis atque re Medica, vltrò citroque inter eos familiariter, vt fieri solet, agitata sunt, mentio incidit Dispensatorij, quod ipse ex omni genere bonorũ auctorum, cùm veterũ, tum recentium, de Pharmacorum omniũ, quatenus in vsu sunt, conficiendorum ratione collectum, diligenter & emendatissimè conscripserat. Cumq. constaret, illud iam anteà in aliquot Saxoniæ vrbibus, præcipuis Medicis approbãtibus, in vsum publicum fuisse receptum, interimq. tamen ab eo & locupletatũ, & annotationibus eruditis magis atq. magis illustratũ: rogatus fuit à cõpluribus, vt illud ipsum

etiam noſtris Pharmacopolis impertiret. Cordus autem, etſi ad iuuandã rem Medicam iam tum mirificè eſſet accenſus, pro ſua tamen modeſtia atque prudentia, non nihil ſubuerebatur priuatam ſuam auctoritatem ad Pharmacopolas permouendos, ponderis haudquaquam ſatis eſſe habituram. Itaq. librum ſuum Senatui potius offert, tum demum in vſum publicũ aſſumendũ, cùm eſſet illius iudicio & auctoritate cõprobatus. Senatus verò, pro ſua in ſtudioſos omnes propenſione, ac reipublicæ omni ex parte iuuandę diligẽtia ac ſolicitudine, officium illud Cordi perquàm gratum habuit, librumq. collegio Medicorũ, Cordo præſente, perlegendũ & examinandũ tradidit: vt ſi quid mutandũ, adiiciendúmve arbitraturi eſſent, id auctore non modo ſciente, verum etiam cõſentiente fieri poſſet. Quod cúm ſedulò ac magna diligentia factum eſſet, Senatusque ex Medicorum cenſura iam intellexiſſet, nihil hactenus abſolutius aut emendatius in hoc deſcriptionum genere typis inuulgatum eſſe: librum non ſolúm in publicum edendum, verùm etiam Pharmacopolis, vt eum veluti lumen quoddã deinceps ſequantur, offerẽdum eſſe decreuit. Cuius quidem editioni, hac quoque de cauſſa ſtudioſius inuigilatum eſt, vt auctore interim in Italia, dum ad metam ſtudiorum ſuorum quàm acerrimè contendit, immatura morte ſublato,

blato, aliquid tamen illius extaret, quod ingenium eius & induſtriam poſteritati teſtaretur, eũq. ab obliuione vindicaret.

Hoc igitur Valerij Cordi, candidiſſimi & diligentiſſimi iuuenis monumentum qualecunque, certè non pœnitendum, ſtudioſe lector, obuiis vlnis amplectere, & ſi quid ex eo iuuaberis (iuuaberis autẽ, niſi fallor, quàm plurimum) ampliſſimo Norimbergenſi Senatui, cuius liberalitate tibi communicatur, gratias habe. Sin autem aliquid in eo diſplicuerit, ne Auctorem mortuum inhumaniter calumniis impete: ſed abſolutiore opere in publicũ edendo, illum vincere, & nomen eius obſcurare contende. Et bene vale.

INDEX SECTIONVM.

Pharmacopœum qualem eſſe deceat.
Confectiones aromaticæ.
Confectiones Opiatæ.
Condita.
Conſeruæ.
Syrupi.
Rob.
Lohoch.
Lenitiua & Solutiua.
Pilulæ.
Trochiſci.
Olea.
Vnguenta.
Cerota.
Emplaſtra.
Præparationes quorundam ſimplicium.
Ponderum ratio & notæ.
Acceſſerunt nunc primùm Val. Cordi De purgantium medicamentorum extractione, ac Oleorum artificioſa diſtillatione (præter nonnulla pharmaca locis ſuis inſerta) libellus.
Epitaphium eiuſdem.

APPENDICIS
EX IACOBO SILVIO,

INDEX.

De Collectione, Repositione, & Duratione Simplicium.
De Adulterationibus Simplicium medicamentorum cognoscendis,
De Simplici aliquo absolutè scripto, quid accipiendum.
De Succedaneis, scilicet, Quid pro Quo.

VALERII CORDI SIMESVSII PHARMACORVM CONFICIENDORVM RATIO.

Qualem virum Pharmacopœum esse deceat.

MAGNVM præsidium humanæ imbecillitati in Medicina situ est, vt Homerus omnium poëtarũ præstantissimus, Medicum non sine causa πολλῶν ἀντάξιον εἶναι pronuntiasse videatur. Verùm huius laudis, vt nunc quidem Medicina administratur, non exiguam partem Pharmacopola sibi vendicat, cùm sit Medici quasi dextra manus, periclitetúrque ipsius culpa sæpè, nõ solùm ægri valetudo, verùm etiam Medici, quantumuis præstantis, fama & existimatio, cùm ea quæ Medicus rectè præscribit, parum dextrè exequitur,

aut

aut materia vtitur exoleta, aut adulterata. Inde enim frequenter accidit, vt æger vel non iuuetur omnino, vel, quod multo peius est, etiam lædatur. Medicus autem, præterquã quòd pro imperito habetur, etiam in errorem ducitur, dum se aut de morbo non rectè iudicasse, aut non debitam medicinam administrasse suspicatur. Quare non temerè quemlibet ad huius muneris functionem admittere deberent, qui ad gubernacula rerum publicarum sedent. Verùm illi vt volent, suo fungantur officio, nos idoneum Pharmacopolam paucis delineabimus, vt ineptos & improbos à functione tam periculosa submoueamus, idoneos autem ad hoc munus capessendum, alacriores reddamus.

Principio, Latinæ linguæ non vulgariter tantùm, sed ad munditiem & proprietatem vsque peritum esse oportet, vt ea quæ eruditi Medici, vel in genere, vel in specie ipsi præscribunt, rectè & exactè intelligere possit. Neq. confidat se satis instructum esse, si semel vulgarem quandam viam functionis suæ, quasi artificium manuarium perdidicerit. Nam quum multa quotidie noua conficiendarum medicinarum ingenia inueniantur, multa etiam veterum, obliuione sepulta, iterum in lucem eruantur, noua illi itidem quotidie discenda erunt, neque semper habere poterit aliquem, qui ea ipsi quasi

per

per manus tradat, & ad oculum demonſtret, ex eruditorum virorum diſcriptionibus ea vt diſcat neceſſe eſt. Quare ſi Latinæ linguæ probè peritus non fuerit, fructu nouorum ingeniorum, aut omninò, aut magna ex parte expers manebit.

Deinde opus eſt illi etiam cognitione rerum minimè vulgari, aut protrita, earũ præſertim quæ propriè ad functionem ejus pertinent, cuiuſmodi ſunt Simplicia omnia, quorum deſcriptiones ex præſtantiſſimis auctoribns petitas, ad res ipſas conferre debet, donec exactam illorum cognitionem hauriat, & prorſus imbibat. Cognita verò, viſu, guſtu, olfactu, tactu, & aliis debitis modis ſæpe ac diligenter examinet, non ſolùm vt falſa à veris, & adulterata à ſinceris, verũ etiam vt præſtantiſſima à mediocribus, & mediocria à degeneribus diſcernere conſueſcat.

Eſt & alia cauſa cur tam diligenti examine opus ſit: quædã enim alioqui grata, & ſalubria, ob inſignem tamen acrimoniam in vaſculis æreis decocta, aut inſtrumentis ferreis diu tractata, tam tetrũ ac horibile virus inde contrahunt, vt guſtu fiant abominanda, & quãuis valenti ventriculo intolerabilia. Quare hoc quoque ſcire debet quo genere vaſculorum & inſtrumentorum, vnaquæque medicina ſit coquenda, tractanda, & conſeruanda.

Hanc curam, alia quaſi huic connexa ſequitur, ſcilicet, vt herbas, flores, fructus,

ctus, semina, radices, debito tempore colligat, & ritè reponat, ne vel parū efficacia sint, vel putrescant, aut nimis arefacta virtutem omnem amittant.

Habeat etiam ædes salubri loco sitas, ac variis reponendis conseruandisq. accommodas, nonnulla enim humido, pleraque calido, quædam sicco, quædam etiam frigido loco rectiùs conseruantur: quam varietatem non quælibet domus præstare potest.

Diuitiæ quoque saltem mediocres adsint oportet, inprimis autem animus liberalis, ab auaritia sordibusque alienus. Diuitiæ enim hoc præstare poterunt, vt commodè habitet, & Medicinas quæ emendæ sunt, suo tempore quàm optimas coëmat. Animus autem liberalis, minimeque auarus, cauebit, ne compendij, aut lucri sui causa, deteriores vili pretio libentius, quam præstantissimas, paulo largiore comparet.

Iam simplicibus medicinis omnibus diligēter collectis, coëmptis & repositis, succedit industria compositarum ritè dispensandarum, vbi eum in primis vigilantem & circumspectum esse oportet. Nec temerè confidet ingenio suo in succedaneis eligēdis, sed peritum Medicum consulet, quem etiam omnino in conficiendis Opiatis, & similibus præstantibus ac magni momenti medicinis, vt præceptorem & iudicem adhibebit: cui adiunget, si com-

si commodè fieri poterit, vnum & alterum bonum atque doctum virum, vel Senatorij ordinis, vt eos habeat veluti testes suæ diligentiæ, industriæ ac fidei. Deinde quamque medicinam sic ritè præparatam, debito ac præscripto tempore fermentari sinat, antequàm eam in vsum publicum expendat.

Nec minor in eo fides requiritur in rejiciendis simplicibus atque compositis, quàm in iisdem reponendis & componédis. Debet enim singulis mensibus, aut sæpius etiam, omnia lustrare, & diligenter cõsiderare; vt corrupta, putrida, mucosa, exoleta, & quouis modo inutilia, vel inefficacia reddita, rejiciat bona fide, nec in iis quærat suum lucrum, quibus ægroto crearetur vitæ periculum: sed sit vt diximus, animo liberali & magno, cogitetque paruum illud damnum, fide sua iam perspecta, maioris sibi lucri causam fore.

Hæc omnia cum indefessam diligentiam & animum sibi semper præsentem requirant: hoc quoque obseruare conuenit, ne sit aleæ aut similibus ludis deditus, ne compotationibus gaudeat, aut alioqui vinosus vel ebriosus, neque fœdis amoribus implicatus teneatur. Alea enim negligentiam parit: ebrietas, errores, obliuionem & stuporem inducit: turpis verò amor, etiam veneficia illi extorquere posset.

Qua-

Quare omninò, si fieri potest, maritus sit, cui cum vxore rectè conueniat, liberosque habeat, quos honestè educare studeat; hujusmodi enim pignoribus obstrictus, vagas libidines detestabitur, neque illis fomenta sciens submministrabit: & posteritati suæ consulens, bonam conscientiam seruare adnitetur; nec metu, nec gratia, nec prece, nec pretio, ad vllum veneficium impelletur.

Quòd si accesserit vera pietas, hoc est, timor Dei, & fides in Christum, charitas erga proximum, & spes futuræ vitæ, omnia erunt tutiora, illustriora & feliciora. Tum enim cogitabit: Si cum per negligentiam in vitam aut valetudinem proximi pecoauero, iudicium Dei non effugiam: quanto minùs effugiam, si sciens ac prudens venenum dedero, aborsum procurauero, aut aliquod aliud ingens atque insigne flagitium designauero? Et si humanitas eorum qui infirmos & ægrotos tantùm visitare solent, Christo adeò grata est, vt illud beneficium in seipsum collatum esse affirmet; quantò gratior erit illi mea cura & solicitudo, dum studeo illis Medicinas rectè componere, tempestiuè exhibere: & non propter lucrum tantùm, verùm etiam humanitatis respectu operam dare, vt melius habeant & conualescant?

Hæc & similia si cogitabit, vltrò, ac sua sponte, erit humanus, placidus, affabilis,

bilis, benignus, alacris, in primis autem mitis erga pauperes, & commodus erga imperitos; non enim in eorum ineptias, sed in necessitatem ægroti respiciet, ac Deum omnium inspectorem ac iudicem præ oculis habebit: qui rectè agenti longè maiora & beatiora præmia largietur, quàm ab vllo mortalium persolui possint.

CONFECTIONES AROMATICÆ.

*

Aromaticum Garyophyllatum descriptionis Mesuæ.

℞. Garyophyllorum ʒ vij.
Macis Zedoariæ Galangæ
Santali Machoziri Throchiscorum
Diarhodon Cinnamomi Ligni aloës
Spicæ Indicæ
*Piperis longi Cardamomi minoris
ana ʒ j.
Rosarum ʒ. iiij. Glycyrrhizæ rasæ Galliæ moschatæ veræ ana ʒ ij.
Folij. [*Sumatur eius loco Casia lignea vera, aut duplex pondus Cinnamomi.*]
*Cubebarum ana ϑ ij. Ambræ ʒ j.
Moschi ϑ ß. Sacchari optimi.

VAL. CORDI ANNOTAT.

IN *confectionibus aromaticis ad sacchari libram vnam pendentem* ℥ *xij. accipiatur* ℥ *j. specierum.*

MYROPOLÆ *accipiant in confectionibus*

bus libram continentem ℥ xij. & secundum hanc
* dividantur unciæ, dragmæ & scrupuli. Scrupulus verò pendeat grana electa xx. Nicolao præsertim.

GALANGAE, id est, minoris Galangæ, & rufæ, saporis aromatici: nam affertur hodie nova quædam Galanga magna, crassa, foris subrufa, intus zingiberis palliditate & filis, gustu acerrima, sine aromatica aliqua gratia: hæc in nullas confectiones Galangæ nomine iniicienda est. Quod semel dixisse sat satis sit.
*

A SANTALVM Machoziri, est species citrini santali, odoratissima, & valdè aromatica, tam gustu quàm odore: & affertur ad nos cum santalo albo, & citrino vulgari.

GLYCYRRHIZA est dulcis radix, quam hodie vsitato nomine Liquiritiam appellant.

B FOLIVM nondum allatum est ad nos in Germaniam; quare cùm eo careamus, necesse est eius loco aliquod succedaneum accipere. Est autem eius succedaneum, vt Galenus nobis reliquit, Spica Indica, aut Casia lignea vera. Cùm autem hæc confectio alioquin capiat Spicam Indicam, Folij vice Casiam ligneam veram accipiendam esse censeo.

MOSCHI scribendum est: nam Musci appellatione, arborum villosa canities dicitur.

PETRI Coudenbergij Scholia.

Santalum Machoz. est species, &c.] Sã-
A tali citrini duas reperiri species, cum Cordum dicere Franciscus Alexander in suo Apolline miretur, nos easdem quoque iisdem acernis á Lusitanis Antverpiam aductas interdum obseruauimus. Vnam

nempe (Santali albi corde ad rufedinem accedente ignaris quandoque imponitur) inter vulgarem optimam, ex pallido rufescentem, odoratam ac aromaticam. Alteram verò prorsus lutcam, aut quasi crocco tinctam, odoratissimam & valde aromaticam tam gustu quàm odore, vt & Cordus ait: atque insuper vnguinosam, sed eam admodum raram. De hac itaque specie cum Cordum hîc locutum esse existimem: non ea propter tamen idipsum quartum Santalum dici debere putamus, vt Franciscus sinistrè colligit: haud secus atque nigri Piperis species plures cùm sint, magnitudine, duritie, pondere atque acredine differentes, illorum aliquod quartum piper esse dici non possit. Ceterùm de Santalis plura, eaq; magis indubitata, quàm à quoquam hactenus scripta tum est, qui cupit, Garciæ ab Horto de Aromatibus Indicis libellum, nuperrimè ex Lusitanico in Latinam linguam à Carolo Clusio conuersum, consulat.

℔ Folium.] Folio tribus nervis distincto, laurino simili, quod Folij Indi nomine in officinis passim prostat, Folij in medicamentis locum non incommode obtinere possit, dum genuinum adferatur, haberiq; abunde queat. De hoc quoque pluribus Garciæ libellus.

Ventriculum & cor confortat, nauseam & vomitum sedat, valet contra putrefactionem in partibus ventriculi. Membra verò nutritionis calefacit, ac ventositates dissoluit & carminat.

Aro-

Aromaticum Rosatum Gabrielis, descript. Mesuæ.

℞. Rosarum rubrarum ʒ xv.
Glycyrrhizæ rasæ ʒ vij.
Ligni aloës Santali Machoziri ana ʒ iij.
Cinnamomi electi ʒ v.
Macis Garyophyllorum ana ʒ ij. ß.
Gummi Arabici
Tragacanthæ ana ʒ ij. ϑ ij.
Nucis moschatæ Cardamomi
Galangæ ana ʒ. j.
Spicæ Indicæ Ambræ grisæ ana ϑ ij.
Moschi ϑ j. Sacchari.

CARDAMOMI, *videlicet minoris: nam cùm simpliciter Cardamomum scribunt auctores, minus Cardamomum, id est, vsuale intelligunt.*

MOSCHI, *hoc est, vt vulgò dicitur, corrupto vocabulo, Musci, pus illud aromaticum.*

VENTRICVLO imbecillo, aliisque nutritioni deseruientibus instrumentis succurrit. Ventriculi humiditatem, omnemque in eo putredinem emendat, concoctionem iuuat, & ex morbo conualescentibus auxiliatur.

Diamisum D. Mesuæ.

℞. Anisi electi ʒ xx.
Glycyrrhizæ rasæ Mastiches ana ʒ j.
Carei [*i. carui.*] Macis Galangæ Fœniculi Zingiberis Cinnamomi ana ʒ v.
Macropiperis Melanopiperis Leucopiperis Calaminthæ Pyrethri
Casiæ lignea veræ ana ʒ ij.

Cardamomi minoris Garyophyllorum
Cubebarum Spicæ Indicæ
Croci ana ʒ j. ß, Sacchari.

MASTICHES, *hoc est, vt vulgò dicitur, Masticis.*

CASIA *lignea vera debet accipi, quæ nuper cœpit afferri: figura Cinnamomi, gustu aliquantulum lubrica, & Cinnamomi æmula: at non ille paruus cortex saporis insipidi ac stiptici, vt hactenus factum est.*

CRASSIS flatibus in ventriculo natis, eiusdemque perfrictioni succurrit. Pituitam in eo crudam absumit, tussique diuturnæ prodest.

Diambra D. Mesuæ.

℞. Cinnamomi Doronici
Garyophyllorum Macis Nucis Moschatæ
Folij [*aut succedanei eius.*] Galangæ ana ʒ iij.
Spicæ Indicæ Cardamomi maioris
Cardamomi minoris ana ʒ j.
Zingiberis ʒ j. ß.
Santali citrini Ligni aloës
Piperis longi ana ʒ ij. Ambræ ʒ j.
Moschi ʒ ß. Sacchari albissimi.

CONTRA omnem corporis imbecillitatem efficax est, omnemque corporis perfrictionem discutit, natiuum suscitat calorem, & rediuiuum recreat, resarcitque eos qui frigido torquentur humore, Iuuat articulos, & membris omnibus magnificè subuenit. Vētriculum fastidientem, quique cibum continere non

potest, roborat : & inappetentiam cibi summè corrigit. Cor ipsum roborat.

A *Diathamaron D. Nicolai.*

℞ Anthophyllorum
Zingiberis ana ʒ v. ϑ ß. ℊ xvß.
Cinnamomi
Garyophyll. ana ʒ iiiß. ϑ ß ℊ iiiß.
Carnium dactylorum ʒ iiß. ß. ℊ viiß.
* Galangæ Spicæ Indicæ Zedoariæ
Costi Pyrethri Corallij rubri
B Rheupontici [*accipiatur eius penuria rhabarbarum* * *sic vocatum.*]
Saliuncæ Tragacanthæ Anacardiß
Ossium dactylorum Carpobalsami Anisi
* Baccarum Iuniperi ana ʒ iß. ϑ ij. ℊ viij.
Leucopiperis
* Macropiperis ana ʒ ß. ϑ ß. ℊ iß.
Limaturæ auri puri Limaturæ argenti meri
* Ossium è corde cerui ana ϑ iß. ß. ℊ vß.
Rasuræ Eboris Moschi ana ϑ ß. ℊ viß.
Ambræ ϑ ß. Sacchari.

THAMAR *Arabibus dactylum palmæ arboris fructum significat, vnde confectioni nomen* * *Diathamaron: corruptè* Diacameron.

ANTHOPHYLLI *sunt grandes Garyophylli, qui ad maturitatem peruenerunt, nucleo intus duro bifidoque, sapore non tam acres vt Garyophylli, præterquam in superficie.*

COSTI, *videlicet albi, feruidum & aromaticum saporem habentis. Non vulgaris illius grandis, qui teterrimum & rancidum saporem habet*

& adulterinus est, atque ex Heluetiorum alpibus & Italia ad nos affertur.

CARPOBALSAMI. Non habentur Opobalsamum, Caroobalsamum, & Xylobalsamum secundum eorum veram descriptionem: verùm cùm experientia didicerimus, quòd olea Cinnamomi & Garyophyllorum, secundum nostram artem distillandi, veteribus ignotam, parata, in probis Balsami veri, & virtutibus similia sint (quare etiam pro Opobalsamo, oleum Garyophyllorum in Theriacam nostram accepimus:) non inconsultum esset, si quis pro Carpobalsamo acciperet Cubebas, aut Gatyophylla, siue etiam Cardamomum, aut aliud semen, quod habet mordacitatem in gustu, cum quadam redolentia, secundum Capobalsami descriptionem, si horum nullum antea esset in descriptione.

SALIVNCA Germanicum est vocabulum, quo significatur Spica Celtica vera quam in Pharmacopolis Spicam Romanam appellant. Sed in Nicolao Alexandrino Græco, inuenitur loco Saliunca Eleliſphacum, id est, Saluia, præsertim in Aurea Alexandrina.

LIMATVRA auri & argenti. Cùm aurum sit metalllicum & valdè ponderosum corpus, limatura eius vel scobs semper fundum petit, nec æqualiter confectionibus commiscetur: quare & hîc, & reliquis omnibus locis, sumantur folia auri.

P. C. SCHOL.

A Pondera apud Cordum hacce in compositione depraua tissima restitui: sed non veluti L. Fuchsius ex

suo

ſuo Myrepſo vult, hocce in medicamento, innumerisque aliis corruptiſsimo.

B *Corallium album, quod à Cordo perperam appoſitum erat, deleni.*

EFFICACITER prodeſt difficulter ſpirantibus, arteriacis, tuſſientibus, tabidis & omni thoracis & ſtomachi offenſæ: Aquæ ſubter cutem fuſæ, renum doloribus: Voluptatem parit, corporaque ſaginat.

Diacalaminthon D. Meſuæ.

℞. Calaminthæ montanæ
Calaminthæ campeſtris Seſelios
Petroſelini Macedonici ana ʒ vj.
Zingiberis ʒ iij. Seminis Apij
Comarum Thymi ana ʒ ij.
Liguſtici
Piperis ʒ xij. Sacchari albiſſimi.

CALAMINTHA *montana naſcitur copioſiſsimè in montibus circa Confluentiam vrbem ad Rheni & Moſellæ confluentes.*

CALAMINTHA *campeſtris, hoc eſt vſualis Calamintha, quæ in arvis naſcitur (Meſue fluuiatilē requirit) hæc enim efficacior eſt, quàm in humidis locis nata. Germanicè Kornmyntz vocatur.*

SESELIOS, *id eſt Siſelios, quod etiam Siler montanum vocatur.*

COMARVM Thymi, *id eſt, ſummitatum foliorum, & florum Thimi.*

PETROSELINVM *Macedonicum non eſt Oluſatrum, vel, vt corruptè pronuntiant, Olixatrum, aut Alexandrum, ſemine oblongo,*

magno, nigro, amaro, ac mirrham æmulãte ſapore. Sed quia iam vero Macedonico Petroſelino caremus, licet nobis eius loco Oluſatri ſemen accipere (quod vulgò in Pharmacopoliis Petroſelinum Macedonicum, falsò tamen, appellatur) donec aliquando verum nobis contingat.

PIPERIS, *id eſt, piperis nigri: nam cùm piper ſimpliciter pronuntiamus, ſemper nigrum intelligimus*

AVXILIATVR iis quos cibi faſtidium vrget, appetentiam reuocans: ægrè quoque ſpirantibus, ventriculo refrigerationem ſentienti & flatibus diſtento, confert.

Diacalaminthon Galeni, Sanit. tuend. lib. 4.

℞. Calaminthæ Pulegij Petroſelini Seſelios ana ʒ j.
Apij Cacuminum Thymi ana ʒ ij.
Liguſtici ſeminis ʒ viij.
Piperis ʒ xxiiij. Sacchari.
CRASSA ac lenta attenuat & diſcutit, vrinas mouet, ac mulieribus menſes.

Diacuminum D. Nicolai.

℞. Cumini præparati [*id eſt, pridie in aceto infuſi, & iterum exiccati.*] ʒ j. ∋ j.
Cinnamomi
Garyophyllorum ana ʒ ij. ß.
Melanopiperis
Zingiberis ana ʒ ij. ℈ v.
Galangæ

Thym.

Thymbræ [*eius loco sume Satureiam.*]
Calaminthæ ana ʒ j. ℈ ij.
Ammios
Liguſtici ana ʒ ſ. ℊ xviij.
Macropiperis ʒ j.
Spicæ Indicæ Cardamomi
Nucis Moſchatæ ana ℈ ij. ſ.
Sacchari.

THYMBRA *eſt propriè Satureia ſilueſtris, circa quam naſcitur Cuſcuta Epithymo ſimilis, quæ Epithymbrum appellatur. Aſſertur iam ad nos ex Orientalibus partibus, verùm rarò, ideoq; in defectu eius ſatiuam Thymbram, hoc eſt, Satureiam accipere nobis licet.*

P. C. SCHOL.

A Ana ʒ ij. ſ.] *Cacutit Fuchſius,* ʒ *iij.* ℈ *ij. ex Pſeudomyrepſo ſuo legendum exiſtimans.*

ARTERIACIS, difficultati ſpirandi, tuſſiculoſis, inflationibus efficaci eſt adiumento. Noxam ventriculi corrigit, concoctionem adfert, adſtrictionum vitia ſanat.

Diacinnamomum Meſuæ.

℞. Cinnamomi tenuis ʒ xv.
Cinnamomi craſsi boni
B Enulæ ana ʒ iiij.
Galangæ ʒ vij.
Garyophyllorum Piperis longi
Cardamomi maioris Cardamomi minoris
Zingiberis Macis
Nucis moſchatæ

*Ligni aloës ana ʒ ij. Croci ʒ j.
Sacchari tabarzeth ʒ v.
Sacchari albissimi.

SACCHARI *tabarzeth, id est, purissimi atque optimi Sacchari, cuius* ʒ v. *miscentur speciebus: idq; ideò hoc loco accipitur, vt species eò melius conseruentur ad vsum. Vltimùm Saccharum additur, cùm vis rotulas facere ex speciebus.*

P. C. SCHOL.

A Cinnamomomi tenuis, Cinnamomi crassi.]*Per Darseni vel potius Darchini, lignum Chinense, seu lignum odoratum, hoc est Chinamomum, tanquam Chinæ amomum, siue Cinamomum intelligunt Persæ atque scriptores Arabes; cortices quandoque ligna appellantes, vt Xylocinamomum Græci. Quod interim crassi corticis est, Cinnamum vocant. Per Darseni Cinami igitur, Cinamomum crassi corticis, tamquam ligneum significare volunt, est enim & in genere crassioris Cinamomi, quod & valde bonum est, hoc est, acre, odoratum ac aromaticum. Nec caret hæc Mesuæ mens, vbi crassum Cinamomum requirit, suis rationibus: quas perpendat Francisci Alexand. Apollo oportet. Itaque Cinnamomum tenuis corticis electum, per se, æquè atque per Darseni Cinnami, crassi corticis Cinamomum bonum, distinctim cum Cordo hîc interpretandum, intelligendum atque legendum existimo: vtrumque tamquam in suo genere optimum. De Cinnamomo autem & Casia, Garciæ de Aromatibus librum quem dixi, consule: vbi doctissimorum etiam hactenus virorum de hisce rebus altercationes, aniles, prorsusq; futiles esse animaducertes.*

Cyminum

B *Cymimum à Cordo huic medicamento temerè impositum, hortante & id quoque Fuchsio, Monachis id prius monstrantibus, expunxi.*

EST medicina salubris ad humorositatem ventriculi, & putrefactionem in eo. Phlegma digerit, & digestionem adiuuat.

Dianthos D. Nicolai.

℞. Florum Rorismarini ʒ ß.
Violarum Rosarum
Glycyrrhizæ ana ʒ vj.
Caryophyllorum Spicæ Indicæ
Nucis moschatæ
Galangæ Cinnamomi
Zingiberis Zedoariæ
Macis Ligni aloës
Cardamomi Anisi
Anethi [*videlicet seminis*] ana ℈ iiij.
Sacchari.

PRODEST præter rationem tribulatis, cardiacis : animi lætitiam auget. Eos roborat qui à longo morbo debiles adhuc sese recolligunt : ventriculum perpulchrè emendat.

Diamargariton frigidum D. Nicolai.

℞. Nucleorum sem. Citrulli
Cucurbitæ Melonis Cucumeris
Seminis portulacæ
Pauperis albi
Santali albi

Santali

Santali moſchatellini [*id eſt, Citrini boni o-*
Ligni aloës Zingiberis *(doris.]*
Roſarum rubrarum
Florum Nymphææ albæ [*id eſt, Nenupha-*
Florum Boraginis *(ris.]*
Myrtillorum verorum ana ʒ j.
Corallij albi
Corallij rubri ana ʒ ß.
Margaritarum ʒ iij.
Sacchari.

NVCLEVS *ſeminum, eſt ipſa in medio ſeminum medulla. Sunt autem eximendi horum ſeminum nuclei, cũm iam præparanda eſt confectio hæc aut alia, quæ durare debent : nam diu antè exempti rancidi fiunt.*

OMNEM virium imbecillitatem firmat, iis quos animus deficit, ſiue à corde ſiue à ſtomacho deliquium originem ducat, omnem noxæ cauſam vitaſium partium diſcutit. Inſuper aſthmaticis, tuſsientibus, tabidis auxiliatur. Longo Morbo detentos, & imbecillitate languentes recreat, & ad priſtinum robur conducit.

Diamargariton calidum D. Auicennæ.

℞. Margaritarum non perforatarum
Pyrethri ana ʒ j. Zingiberis
A Maſtiches ana ʒ iiij.
B Zedoariæ Doronici
* Seminis apij Caſiæ
C Cardamomi Nucis moſchatæ
Macis

℞ Macis Cinnami ana ʒ ij.
D Been albi Been rubei
Piperis
Macropiperis ana ʒ iij.
Cinnamomi ʒ v.
Sacchari.

P. C. SCHOL.

A Zedoariæ :] *Auicennæ exemplaria editionis pœnultimæ, Zurumbet, postrema autem à Valgrisio inquam exhibita, Zedoariæ legunt, vt hinc vocum harum & rerum vicinitatem atque ambiguitatem (de quibus à plerisque concertatur) tibi expendendam nunc relinquam.*

B Doromici.] *L. Fuchsius Doronicum hîc expunxit, quod tamen omnia Auicennæ exemplaria aptissimè etiam recipiunt.*

C Casiæ.] *Cùm Cordus huius loco rad. Tapsiæ pessimè haberet, correctiora Auicennæ exemplaria Seitaragi legunt, nonnulla Capsiæ, quod non nisi Casia est. Nam ineptiores Itali etiam Casiam addita* P *ante* S *Capsiam scribere solent. Seytaragi autem cùm plura significata habeat, litteræ vnius forsitan aut carentia, aut mutatione (vt in plurimis dictionibus vsu venit) quandoque Lepidium designat, quandoque Casiam : quam hîc intelligendam, commodissimeque indendam dico. Quare Francisc Alex. Apollinis stupidam pertinaciam, Fuchsio etiam mihi astipulante, demiror, Tapsiam hîc (medicamento huic adeò iniquam) sumendam esse mordicus defendentis. Interim non tantum quomodo* C *in* T *mutata, sed radicis vox accedere qui potuerit, forsan exclamabitur: verùm Lacones habeo hîc mihi imperantes.*

Cin-

D Cinnami.] *Hac voce Cordus carebat, æquè atque Been albi. In Auicenna Cherfe legitur, quod Cinnamum interpretantur.*

VALET mulieribus, rectificat enim disposition em matricis, & ventriculorum earum.

Diamoschum dulce D. *Mesuæ.*

℞. Croci Doronici
Zedoariæ Ligni aloës
Macis ana ʒ ij.
*Margaritarum albarum Serici crudi tosti Charabæ [*id est, Succini.*]
*Corallij rubri ana ʒ ij. ß.
Galliæ moschatæ veræ
*Ocimi citrati ana ʒ j. ß.
Been albi Been rubri
Folij [*aut succedanei eius.*] Spicæ Indicæ
Garyophyllorum ana ʒ j.
Zingiberis Cubebarum
Piperis longi ana ʒ j. ß
Moschi ℈ ij.
Sacchari albi.

OCIMVM *citratum non est Melissa, sed species quædam Ocimi siue Basilici, odore Melissæ aut citrei mali, cuius defectu, garyophyllatum Ocimum sumi potest.*

PRODEST contra cordis palpitationem: ei quoque cui tumultuosa insomnia obuersantur, item iis qui incertis timoribus corripiuntur. Malis cerebri frigidis, vertigini, comitialibus, & difficulter spirantibus succurrit.

Diamo-

Diamoschum amarum D. Mesuæ.

℞ Croci Doronici
Zedoariæ Ligni aloës
* Macis ana ʒ ij.
Margaritarum albarum
A Serici crudi tosti Charabæ
* Corallij rubri ana ʒ ij. ß.
Galliæ moschatæ veræ
* Ocimi citrati ana ʒ j. ß.
Been albi Been rubri
Folij [*aut succedanei eius*]
Spicæ Indicæ
Garyophyllorum ana ʒ j.
Zingiberis Cubebarum
Piperis longi ana ʒ j. ß.
Moschi ℈ ij.
Absinthij
* Rosarum ana ʒ iij.
* Aloës lotæ ʒ iiij.
Castorei
Liguſtici ana ʒ j.
Cinnamomi ʒ ij. ß.
Sacchari

* SERICVM *crudum tostum significat Sericæ bombycis vellus, nullo colore tinctū, nulliq; humori aut succo qui tingendo sit, incoctum: sed tale quale natura est, fictiliq; inditum, ac donec conteri possit tostum aut assatum: vulgò dicitur Sericum vstum, quamuis comburi non debeat, sed torreri aut assari tantùm.*

P. C. SCHOL.

A *Setam pro Serico Cordus vndiquaque barbare legebat.*

Hæc

Hæc confectio valentior est ad ea quę suprà dicta sunt: & propriè ad exiccandum humiditates ventriculi, & putrefactiones eius.

Diagalanga D. Mesuæ.

℞. Galangæ
Ligni aloës ana ʒ vj.
Garyophyllorum Macis
Liguſtici ana ʒ ij.
Zingiberis Macropiperis
Leucopiperis Calami aromatici
Cinnamomi ana ʒ j. ß.
Calaminthæ ſiccæ Menthæ ſiccæ
Cardamomi maioris
Spicæ Indicæ Seminis Apij
Seminis Fœniculi Seminis Aniſi
Seminis Carui ana ʒ j.
Sacchari albiſſimi.

P. C. SCHOL.

A ʒ vj.] *Legendum esse* ʒ vj. *Fuchsius rectè monet, non* ʒ vij. *vt Cordus male habebat.*

VALET aduersus crassiores flatus, acidos ructus, prauamque concoctionem. item actiones ventriculi & iecoris à frigiditate impeditas, robustiores reddit, easdemque emendat.

Diapenidion D. Nicolai.

℞. Penidiarum ʒ ij.
* Pinearum
Amygdalorum dulcium
A Papaueris albi ana ʒ iij. ϑ j.
Cinnamomi

Garyo-

Garyophyllorum
Zingiberis Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ Gummi Arabici
Amyli candissimi
Seminis enucleati Cucurbitæ
Citrulli
Cucumeris
Melonis ana ʒ ß. ϑ ij.
*Camphoræ ϑ ß.
*Sacchari albissimi

AMYLVM *hodie corrupto vocabulo dicitur Amydum.*

P. C. SCHOL.

A *Deleui Amygd. amaras, quas Cordus perperam addiderat.*

VALET aduersus omnem thoracis noxam, tussim à frigore contractam, vocis iacturam, tabidis deniqúe & purulenta excreantibus succurrit.

Diairis simplex.

℞ Ireos ʒ ß. Sacchari candi. Specierum diatragacanthi frigidi ana ʒ ij. Sacchari albissimi.

POTEST ferè eadem quod sequens *licet imbecillius.

Diairis Salomonis, ex Nicolao.

*℞ Iridis ʒ ß.
Pulegij Hyssopi
Glycyrrhizæ ana ʒ vß.
*Tragacanthæ
Amygdalorum Pinearum

Cinnamomi Zingiberis
Piperis ana ʒ iij
Caricarum Paſſularum enucleatarum
Carnium dactylorum ana ʒ iij. ß.
Styracis calamitæ rubeæ [*potius rufæ, legit* P. C.] ʒ ij. ϑ j.
Sacchari albiſſimi.

Tuſſiculoſis, difficulter ſpirantibus auxiliatur; abſciſſæ vocis iacturam reſarcit, quæ reſrigeratione contracta ſit.

Diatragacanthum frigidum D. Nicolai.

℞. Tragacanthæ albiſſimæ ʒ ij.
Gummi Arabici ʒ j. ʒ. ij.
Amyli ʒ ß.
Glycyrrhizæ
Nucleorum ſeminum Cucurbitæ
Cucumeris Citrulli
Melonis ana ʒ ij.
Camphoræ ϑ ß.
Penidiarum ʒ iij.
Sacchari albiſſimi.

Medetur omnibus pulmonum & thoracis vitiis aridis, maximè tabidis, macie confectis: inflammatione lateris laborantibus, omnibusq. tuſsibus calidis & ſiccis, exaſperationi linguæ & fauciū. Deuoratū tamdiu ægrotans in ore contineat, quoad liquefactum perfectè exugatur.

Diatragacanthum calidum D. Nicolai

℞ Gummi Tragacanthæ ʒ iiij.
Hyſſopi Pineorum nucleorum Amygdalorum amborum, purgatorum Seminis Lini ana ʒ vj Seminis fœnigræci Cinnamomi ana ʒ ß. Glycyrrhizæ raſæ Succi glycyrrhizæ Zingiberis ana ʒ ij. Sacchari albi.

Valet tuſsientibus ex frigido phlegmate, & non valentibus ejicere: aſthmaticis, empyicis, anhelosis, ſuſpiriosis, peripneumonicis, phthiſicis, & ad omnem coarctationem pectoris, ſtomachũ confortat, digeſtionem procurat.

Manus Chriſti perlata.

℞. Sacchari clarefacti ℔ j.
Aquæ roſarum ℔ ß.

Concoquantur dum aqua roſacea ignẽ euaneſcat, & ſaccharum iuſtam craſsitiem conſequatur: in fine margaritarum minutiſsimè tritarum ʒ ß. addatur, atq. ſuper marmor aqua roſacea inſperſum infundatur, & fiant rotulæ.

P. C. SCHOI.

Quantis cachinnis Cordus, & tanquam cæci cæco duce Fuchſius, Colonienſes medici, ac Franciſcũ Alex. Apollo, vel pueris Pharmacopœorum, hoc ſcripto ſeſe deridẽdos exhibuerint, vix exprimi poſſit, vt hinc non tractari à fabris fabrilia, lucidè cer-

ni queat. Eo pacto quòd huiuscemodi imaginariis, extraq; arenam Medicorum quorundam (criptionibus, nullam debitam miscendi conficiendiq; rationem, vt neque modum; & ex consequenti parum aut nihil artis suæ frugis, operisq; manuarij commodi, haurire discerève possint Pharmacopœi: ni margaritas, oleum & operam omnem frequentissimè perdere, ac vitiatas materias porcis obiicere velint.

MEDETVR deiectis viribus, ardentibus febribus, & imaginationes falsas abolet.

Diahyssopum D. Nicolai.

℞ Hyssopi Ireos Thymi
Melanopiperis ana ʒ xxx.
Pulegij
Thymbræ [*eius loco sume Satureiam.*]
Rutæ Cumini ana ʒ xx.
Carnium dactylorum
Tragacanthæ Glycyrrhizæ.
Caricarum pinguium Passularum enucleatarum
Fœniculi ana ʒ x.
Zingiberis. Sem. Anisi.
Carui
Liguistici ana ʒ v.
Sacchari.

Accommadatum est ad capitis querelam ex frigido, vuam exiccat, arterias purgat, tussim compescit, omnes frigiditates pectoris & stomachi emendat; digestionem procurat, pleuriticis & empyricis mirabiliter opitulatur.

Dia-

Diacostum D. Mesuæ.

℞. Costi candidi, aromatici, amari
Casiæ ligneæ veræ Cinnamomi ana ʒ v.
Seminis Apij Seminis Anisi
Schœnanthi
Rhabarbari ana ʒ iij.
Asari ʒ iiij.
Croci Aristolochiæ
Myrrhæ ana ʒ ij.
Sacshari.

SCHOENANTHI, *hodie corrupto nomine, dicunt Squinanthum.*

COSTI AMARI. *cœpit hisce annis asferri loco veri costi adulterinus quidam, qui nequaquam accipiendus est, vt suprà dictum est, sed candidus, amarus & aromaticus.*

ASARI, *id est, radicum eius; solæ enim radices ad medicinam accipi debent.*

VALET ad dolorem viscerum & oppilationem in eis, & ad principium hydropisis.

Diarhodon Abbatis, ex Nicolao.

℞. Santali albi
Santali rubri ana ʒ ij. ß.
Tragacanthæ
Gummi Arabici
Spodij ana ℈ ij.
Asari Mastiches
Spicæ Indicæ Cardamomi
Succi Glycyrrhizæ Croci
Xyloaloës [*id est, ligni aloës*]

Caryophyllorum
* Galliæ moſchatæ Nicolai.
Aniſi Fœniculi
Cinnamomi Rhabarbari
Seminis Ocimi
A Berberis [*id eſt, acinorum eius.*]
B Seminis Scariolæ Seminis Portulacæ
Nucleorum ſeminis Cucurbitæ
Citrulli Cucumeris Melonis
Seminis Papaueris albi ana ℈ ʃ.
Margaritarum
Oſsis è corde cerui ana ℈ ß.
Sacchari Candi [*vt eò meliùs ſpecies conſeruentur.*]
Roſarum ana ʒ ʃ. ʒ iij.
Camphoræ ℊ vij.
Moſchi ℊ iij. ß.
Sacchari albiſsimi.

B SCARIOLA *propriè eſt Endiuia illa vulgaris, quæ in dorſo foliorum eſt ſpinoſa. Quid autem vera ſit Endiuia, vbi locus poſtulauerit, dicemus.*

P. C. SCHOL.

A Berberis.] *acini ſunt hîc fructus Berberis integri.*

B Scariola.] *Cordum non nouiſſe Scariolam, hoc nomine vulgarem admodum plantam, monente & id Franciſco Alex. ſatis liquet; [ex eo quòd in foliorum dorſo eam ſpinoſam faciat, vt Sonchum præ oculis habuiſſe videatur.*

VALET aduerſus ventriculi calorem, jecinoris, lienis, pulmonumque. Contra viſcerum dolores, & omnem totius

tius corporis noxam à calore proficiscentem.

Dialacca maior D. Mesuæ.

℞. Laccæ præparatæ [*eius præparatio in fine habebitur.*]
Rhabarbari ana ʒ iij.
Spicæ Indicę, Mastiches, Coliculorum item Summitatum Schoenanthi, Myrrhæ, Costi, Cinnamomi, Croci, Cassiæ ligneæ, Bdellij, Hyssopi, Sabinæ, Amygdalorum amarorum, Succi Absynthij, Succi Eupatorij Mesuæ, Rad. Rubiæ Btinctorum, Asari, Gentianæ, Aristolochiæ rotundæ, Sem. Fœniculi, Anisi, Ammos, Apij ana ʒ j. ß.
Piperis
Zingiberis ana ʒ j.
Sacchari albissimi.

COLICVLORVM *Schœnanthi*] *herba hæc aromatica à Græcis dicitur* σχοῖνος, *id est, Schœnus, & significat iuncum aromaticum, qui hactenus impropriè dictus est Squinanthum. Nam Schœnanthum siue* σχοίνου ἄνθος *significat iuncti huius aromatici florem, qui non affertur ad nos. In hanc autem compositionem ingreditur bis Schœnanthum, hoc quidem loco coliculi aut stipites eius, inferiùs verò summitates eiusdem.*

SVMMITATVM *Schœnanthi, id est, florum eius: nam flores in summitate huius herbæ constituti sunt, & propriè Schœnanthum appellantur: sed quia flores non ad nos ferantur, cogimur tenerrimas eius partes in cacumine decerptas,*

eorum vice medicamentis miscere.

A SVCCI Eupatorij] hic succus non debet fieri ex vulgari Eupatorio, neque ex Eupatorio Græcorum, id est, Agrimonia falsò hodie vocata, sed ex Eupatorio quod Mesue describit. Est autem Eupatorium Mesue ea herba, quæ ab Italis dicitur Gratia Dei, siue Gratiola, cuius magnus est prouentus Wittembergæ in pratis ad Albim fluuium sitis.

P. C. SCHOL.

Succi Eupatorij.] Gratiola vocata, purgatoria herba, foliis hyssopi, Eupatorium Mesuæ haud dubio vt & L. Fuchsius, Matthiolus, ac Franciscus Alex. rectè monent esse non potest. Satius igitur erit, Ageratum Dioscoridis, quod & hodie Eupatorij Mesues nomen obtinuit, in eius locum substituere, donec melius doceatur,

Aristolochiam longam erroneè in contextum à Cordo intrusam deleui.

VALET aduersus frigus ventriculi, obstructiones, inflationes iecinoris, & renum duritias sanat. aquæ inter cutem causas omnes discutit. menses ciet, flatuosos spiritus ab alto corpore abigit.

Diacurcuma, id est, Διὰ κρόκου maior

D. Mesuæ.

℞. Croci Asari
Petroselini Macedonici
Dauci Aniæ
Apij ana ʒ iiij.

Rha-

Rhabarbari Meu
Spicæ Indicæ ana ʒ vj.
Coſti Myrrhæ
Caſiæ ligneæ veræ Schœnanthi
Carpobalſami [*aut aliquod ſuccedaneum, vt ſuperius ſignificatum eſt.*]
Rubiæ tinctorum
Succi Abſinthij
Succi Eupatorij Meſuæ [*i. Gratiolæ.*]
Opobalſami [*aut aliquod ſuccedaneum, ſiue oleum Garyophyllorum, aut aliud craſſum odoriferum oleum.*] ana ʒ ij.
Calami aromatici
Cinnamomi ana ʒ j. ß.
Scordij [*videlicet veri.*]
*Scolodendriæ [*ceterach intellige.*]
Succi glycyrrhizæ ana ʒ ij. ß.
Tragacanthæ ʒ j.
Sacchari albiſſimi.

Conſert ad ægritudines antiquas, & cachexiam, & ad hydropiſim iuuamentum eſt manifeſtum, & eradicat ægritudines hepatis & lienis chronicas, quæ iam induratæ ſunt, & confert ad corruptionem ſtomachi, & humiditatem frigidam, & ventoſitates groſſas in eis, & ad dolorem renum & veſicæ, & vrinam prouocat.

Diapraſſium D. Nicolai.

℞. Praſſij ʒ v. ß.
Tragacanthæ Pinearum mundatarum
Amygdalorum dulcium
Piſtaciorum Carnium dactylorum

Caricarum pinguium
Paſſularum enucleatarum ana ʒ iij. ß.
Cinnamomi
Garyophyllorum
Nucis moſchatæ
Macis Ligni aloës
Galangæ Spicæ Indicæ
Zingiberis Zedoariæ
Glycyrrhizæ Rhapontici
Anacardij Styracis calamitæ
Galbani Terebinthinæ
Maſtiches Myrrhæ
Ireos Ariſtolochiæ rotundæ
Corticum radicum Capparis
Gentianæ Melanopiperis
Aniſi Fœniculi
Anethi Apij
Petroſelini Macedonici
Saxifragiæ ana ʒ ij.
Hermodactylorum
Origani Peucedani
Schœnanthi Cardamomi
Leucopiperis
Carui Liguſtici
*Vincetoxici ana ʒ j. ß. ℥ j. ß.
Balſamitæ Pulegij
Dictamni Cretici
Coſti Pyrethri
Thymbræ Baſiliconis
Pæoniæ [*videlicet radicis eius aut ſeminis.*]
Macropiperis Amomi Sinoni
Orobi veri ana ʒ j. ℥ ij. ß.
Xylobalſami [*aut ſuccedaneum aliquod ſimile deſcri-*

descriptioni Xylobalsami.]

Casiæ fistulæ
Corallij rubri Rasuræ Eboris
Carpobalsami [*aut aliquod succedaneum, vt suprà*]
Dauci Cretici ana ʒ ß.
Moschi Ambræ
Ossis è corde cerui ana ℊ xiiij.
Sacchari albissimi.

SAXIFRAGIA *in Italia dicitur ea herba, quam in Germania Pimpinellam vocamus. Itali habent diversam Pimpinellam.*

A BALSAMITAE.] *Nicolaus Alexandrinus Latinè impressus, non Balsamitam habet, sed Balsamum: significat tamen Balsami vox, nonnunquam etiam Mentam: cuius species est Balsamita, hoc loco recipienda: nam si Balsami liquorem intellexisset Nicolaus, non simpliciter Balsamum, sed Opobalsamum posuisset.*

SINONVM *secundum Matthæum Sylvaticum, est Petroselinum agreste. Sed de eo infrà in annotationibus Aureæ Alexandrinæ.*

CASIAE *fistulæ nomine hoc loco nequaquam debet intelligi Casia fistula, cuius nigra medulla bilem per alvum purgat; sed Casia lignea aromatica, quæ Cinnamomo similis est: nam hæc etiam apud probatos veteres auctores Casia fistula vocatur.*

B DAVCVS *Creticus hodie ignotus est, ideò possumus eius loco Seseli Creticum accipere, id est, Bertwurtz, aromaticam herbam foliis fœniculi, sed multò minoribus.*

P. C.

P. C. SCHOL.

Balſamitæ.] *Cùm Nicolai codex, vt & Cordus fatetur, Balſami legat; eo non herba Balſamita vocata, neque cum Fuchſio Balſami veri folia, ſed oleum ſeu ſuccus veri Balſami, Opobalſamumve hîc intelligendum eſſe exiſtimo.*

B Daucus Creticus.] *Berwurtz Germanis vocata herba, ſeu Fœniculus porcinus Belgis, non eſt Seſeli Creticum, vt neque Daucus Creticus, ſed potius Meum Dioſc. aut illi proximum. Daucus autem Creticus verus, Dioſc. delineationi ad amuſsim conueniens ſemine acri, albo, hirſuto, oblongo, nuperrimè cognoſci cœpit, viretq; in hortulo hodie inter plurimas raras plantas, noſtro.*

Sanat capitis vertigines, oculorum caligines abſtergit, palatum & arterias purgat, diſtillationem vuæ aſtringit, dentium dolorem mitigat. Aſtmaticis & ſuſpirioſis peculiariter opitulatur; pectoris & pulmonis cauſas facilè amputat. Stomachi & hepatis dolores & debilitates ſedat, ſpleneticorum pleuriticorum anguſtias paragoriſat, omnium intraneorum vitiis prodeſt, inflationes & torſiones ab eis aufert. Nephriticos, calculoſos, ſtrangurioſos & colicos purgat, & dolorem releuat. Sæpius autem ſumptum, colorem pallidum emendat, menſes deducit, & in ordinem debitum redigit. Typos quotidianarios & quartanarios reprimit. Qui autem hoc electuario vſus fuerit, à multis conſeruabitur morbis.

Dia-

Diatrion ſantalon D. Nicolai.

℞. Santali albi Santali rubri
Santali citrini Roſarum
Sacchari ana ʒ iij.
Rhabarbari Spodij
Succi Glycyrrhizæ
Seminis portulacæ ana ʒ ij. ϑ ß. ℈ v.
Amyli Gummi Arabici
Tragacanthæ
Nucleorum ſeminis Melonis
Cucumeris Cucurbitæ Citrulli
Seminis Scariolæ ana ʒ j. ß.
Camphoræ ϑ j.
Sacchari albiſſimi.

SCARIOLA *eſt Endiuia vulgaris, cuius folia in dorſo habent ſpinulas, vt dictum eſt ſuprà in Diarhodon Abbatis.*

Pollet aduerſus iecinoris & ventriculi calorem mirum in modum, tabidis & regio morbo correptis itidem prodeſt

Diaxyloaloës D. Meſuæ.

℞. Ligni aloës crudi
Roſarum ana ʒ j.
Garyophyllorum Spicæ Indicæ
Macis Nucis moſchatæ
Galliæ moſchatæ Meſuæ Cubebarum
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris
Maſtiches
Cinnamomi
Cyperi Schœnanthi
Zedoariæ Been albi

Been

Been rubri
Folij [*aut macis siue spicæ nardi.*]
Serici crudi Margaritarum
Corallij rubri Charabæ
Foliorum citrei mali
Corticum citrei mali
Ocimi garyophyllati
Sisymbrij Mentæ siccæ
Sampsuchi [*id est Maioranæ.*]
Piperis longi
Zingiberis ana ʒ iiij.
Moschi boni ℈ j.
Ambra ʒ j. ß.
Sacchari albissimi.

CYPERI, *videlicet Cyperi rotundi: nam rotundæ radices Cyperi propriè & simpliciter ab auctoribus Cyperus vocantur. Longis verò radicibus Cyperus, vocatur ab iisdem Cyperis. Quoniam verò non semper rotundum habere licet, necesse est in penuria eius, longo vti.*

SISYMBRIVM *est menta aquatica, nigricantibus, vt purpura, caulibus.*

PRODEST malis ventriculi, cordis & jecinoris frigidis, animæ defectioni, concoctionique. Oris fœtorem abigit, lætitiamque parit.

Diatrion pipereon Mesuæ.

℞. Macropiperis Melanopiperis
Leucopiperis ana ʒ v.
Zingiberis Thymi
Anisi ana ʒ ij.
Spicæ Indicæ Ammios

Amo-

Amomi [*quod non habetur, & loco eius capiatur carpesium sive cubeba, aut calamus aromaticus officinarum, qui pro vero acoro habetur.*]
Cinnamomi ana ʒ j.
Casiæ ligneæ Seminis Apij
Seselios
Asari
Enulæ siccæ ana ʒ ß.
Sacchari albissimi.

Refrigerato ventriculo, & acido ructui, quartanis, exolutis, jecinorosis, & inflationibus auxiliatur. Item tussientibus.

Diazingiber D. Nicolai.

℞. Zingiberis Galangæ
Caryophyllorum Cinnamomi
Nucis moschatæ Granorum paradisi
Piperis longi Macis
Cardamomi Spicæ Indicæ
Rhabarbari Rosarum rubrarum
ana ℈ xv.
Pinearum mundatarum ʒʒ ß.
Phisticorum [*id est, pistaciorum*] ʒ ij.
Anisi Fœniculi
Glycyrrhizæ rasæ Croci ana ʒ ß.
Sacchari albissimi.

* Ventriculum roborat & firmat.

Electuarium Ducis D. Nicolai.

℞. Anisi ʒ ij. ℈ xv.
Glycyrrhizæ
Mastiches ana ℈ ij. ℈ v.
Cinnamomi

Chamæ-

Chamædryos Zingiberis
Galangæ Fœniculi
Carui ana ℈ j. ℥ xv.
Xylocaſiæ Calaminthæ
Dauci Pyrethri
Piperis albi Piperis longi
Cyperi [*ſcilicet rotundi.*]
Schœnanthi Ireos
Amomi [*aut ſuccedaneum eius.*]
Folij [*aut ſuccedaneum eius.*]
Aſari ana ℈ j.
Spicæ Indicæ Croci
Gummi Arabici Tragacanthæ
Seminis Anethi Calami aromatici
Cubebarum Garyophyllorum
Carpobalſami
Liguſtici Seminis Oluſatri
Baccarum Iuniperi Seſelios
Pentaphylli [*videlicet radicum eius.*
Seminis Aſparagi
Seminis Citri
Acori [*aut loco eius Galangæ.*]
Ammios Rhabarbari
Nucis myriſticæ [*id eſt, nucis moſchatæ.*]
Ligni Aloës
Baſilici garyophyllati
Milij ſolis
Seminis Saxifragiæ
Nucleorum ſeminis Citrulli
Cucumeris
Melonis Cucurbitæ
Seminis Scariolæ
Petroſelini

Beet

Been albi Been rubri
Styracis calamitæ
Cardamomi ana ℈ ß. ℥ v.
Penidiarum. ʒ iiij. ℈ ij. ß.
Sacchari albiſsimi.

CHAMAEDRYOS, *videlicet veræ, quæ folia habet ſimilia quercus. naſcitur in montibus Ienæ, & inter Herſpruck atque Ambergam.*

OLVSATRI *ſemen, eſt magnum ſemen quod in omnibus Pharmacopoliis dicitur Macedonicum ſiue Petroſelinum Macedonicum.*

Valet ad indigeſtionem & ventoſitatem ſtomachi & inteſtinorum, & ilei dolorem & lapidis.

Electuarium de Gemmis D. Meſuæ.

℞. Margaritarum albarum ʒ iiß.
Sapphiri Hyacinthi
Sardæ Granatorum
Smaragdi ana ʒ j. ß.
Zedoariæ Doronici
Corticum Citrei mali Macis
Seminis Ocymi garyophyllati Ambræ
ana ʒ ij.
Corallij rubri Charabæ
Raſuræ Eboris ana ℈ ij.
Been albi Been rubri.
Garyophyllorum
Zingiberis Piperis longi
Spicæ Indicæ
Folij [*aut ſuccedanei eius.*]
Croci
℔ Cardamomi ana ʒ ß.
Trochiſcorum Diarhodon

Ligni aloes ana ʒ v.
Cinnamomi Galangæ
Zurumbeth ana ʒ j. ß.
Foliorum Auri
* Foliorum Argenti ana ϑ ij.
Moschi ʒ ß.
Sacchari albissimi.

SAPPHIRVS & Smaragdus qui passim in Myropoliis habentur, nihil valent; cùm flammam edant in igne, & ex argenti fodinis colligantur: quare omittendi sunt; aut loco eorum, de Hyacintho & Granato maius pondus sumatur.

SARDA est gemma quæ neotericis Carneola vocatur; quod diligenter est notandum. Hactenus enim qualis esset gemma Sarda, ignorauimus omnes.

ZVRVMBETH est species Zedoariæ, quæ radicem habet rotundam & globosam, & affertur cum Zedoaria longa.

P. C. SCHOL.

A Zurumbeth est spec.] Inter tres Zedoariæ species quæ Antuerpiam aduehuntur radiculis oblongis, quaatum quid optimo Zedoario potissimum immixtum reperitur, rotundis globulis, & ea propter truncosa Zedoaria à Materialistis nostris vocitata: hac vtentur Zurumbeth loco Pharmacopœi, & Garciam ab Horto de Aromatibus Indicis hisce de rebus consulant, plura noscere qui voluerint.

Malis cordis, ventriculi, cerebri, ieci noris, & vteri frigidis auxiliatur. Item palpitationi cordis, defectioni animæ ac concoctioni: tristitiam denique ci

tu

tra causam ortam amouet.

Electuarium Iustinum D. Nicolai.

℞. Cinnamomi
Folij [*aut succedanei eius.*] Costi
Nardi [*id est, Spicæ Indicæ*]
Casiæ ligneæ Aristolochiæ longæ
Aristolochiæ rotundæ Enulæ campanæ,
Hyssopi Pulegij Artemisiæ
Pentaphylli [*videlicet radicis eius.*]
Leucopiperis Orobi veri
Petroselini Ligustici
Olusatri [*.i. Petroselini Macedonici vocati.*]
Seminis Vrticæ
Milij Soiis
Saxifragiæ seminis [*sumatur eius loco semen Pimpinellæ nostræ, Germanorum videlicet, non Sanguisorbæ vocatæ.*]
Baccarum Iuniperi Seminis Asparagi
Sileris montani
Seminis Apij Seminis Anethi
Seminis Rutæ Seminis Citrei mali
Seminis Fœniculi Seminis Anisi
Baccarum Lauri ana ʒ j. ß.
Sacchari albissimi.

Valet ad dolorem renum, calculos frangit, & arenas expellit, ac stranguriam dissoluit.

Confectio Liberans [*scilicet à peste.*]

℞. Radicum Tormentillæ
Seminis Acetosæ
Endiuiæ

Coriandri præparati
Citrei mali ana ʒ j. ß.
Santalorum omnium
Dictamni albi ana ʒ j.
Boli Armeni præparati
Terræ ſigillatæ [*loco eius Bolus leuanticus, id eſt, orientalis, ſumatur.*] ana ʒ iij.
Margaritarum Corallij albi
Corallij rubri Charabæ
Raſuræ Eboris
Spodij [*id eſt, Eboris vſti, de quo in fine.*]
Oſſis è corui cerui
Been albi Been rubri
Doronici Cardamomi
Cinnamomi Macis
Ligni Aloës
Caſiæ ligneæ [*aut ſuccedaneum eius.*]
Croci Zedoariæ ana ʒ ß.
Smaragdi [*loco eius Hyacinthi aut Granati.*]
Hyacinthi Granati
Serici crudi inciſi & torrefacti ana ℈ j.
Penidij
Sacchari Candi ana ℈ ij.
Florum Nenupharis [*id eſt, Nymphæa.*]
Bugloſſæ
Roſarum ana ℈ j.
Camphoræ ℊ vij.
Moſchi
Ambræ ana ℊ iij.
Sacchari albiſſimi.

Contra peſtem plurimum valet, tutatur corpus ne lædatur à peſtifero aëre, & præſeruat humores à corruptione.

Confe-

Confectio Cordialis.

℞. Margaritarum
Spodij [*id est, Eboris vsti.*]
Granatorum verorum
Cinnamomi Tormentillæ
Boli armeni ana ʒ iij.
Santalorum omnium Rasuræ Eboris
Vnicornu ana ʒ ij. Hyacinthorum
Sapphiri [*loco eius maius pondus Hyacinthi.*]
Corallij albi Corallij rubri
Charabæ albi
Valerianæ veræ
Dictamni Zedoariæ
Ligni aloës ana ʒ j.
Terræ sigillatæ [*aut Boli leuantici, hoc est, orientalis.*] ʒ j. ℈ ij.
Serici crudi modicum torrefacti ℈ ij.
Ossium è corde cerui ℈ j. ß.
Been albi
Been rubri ana ℈ ij.
Foliorum auri fini numero v.
Moschi
Ambræ ana ℊ x.
Sacchari albissimi.

PRAESERVAT cor à peste.

Electuarium Lætitiæ, Galeni, ex Nicolao.

℞. Florum Ocimi garyophyllati
Croci Zedoariæ
Xylobalsami [*pro quo lignum aloës, cùm in ista descriptione non habeatur.*]

Garyophyllorum Corticum citrei malii
Galangæ Macis
Nucis moſchatæ
Styracis calamitæ ana ʒ ij. ß.
Aniſi Raſuræ Eboris
Thymi Epithymi ana ʒ ß.
Camphoræ Moſchi Ambræ
Margaritarum perforatarum
Oſsium de corde cerui ana ʒ ß.
Auri foliati meri [*id eſt, purißimi.*]
Argenti foliati meri ana ∋ ß.
Sacchari albiſsimi
Fiat confectio ſolida.

Si verò volueris facere in forma liquida ſiue opiatæ; tunc adde.

Succi Cydoniorum
Pomorum odoratorum dulcium
Boraginis
Vini veteris optimi, ana partes æquales: in tanta menſura, quanta deſpumando & decoquendo ſaccharo ſatis fuerit: nulla enim aqua ſaccharum diſſolui aut decoqui ad ſpiſsitudinem debet in hac confectione.

LAETITIAM coloriſque bonitatem efficit, concoctionem iuuat, & caniciem retardat.

Electuarium Lætificans Rhaſis.

℞. Meliſſæ Corticum citrei mali
Garyophyllorum
Galliæ moſchatæ Meſuæ
Maſtiches Croci
Cinnamomi

Cinnamomi Nucis moſchatæ
Cardamomi
Neremiſch [*pro quo poteſt ſemẽ Pæoniæ accipi.*]
Been albi Been rubri
Zedoariæ Doronici
Seminis Ocimi
Seminis Ocimi garyophyllati ana ʒ ß.
Moſchi ℈ xxiiij.
Sacchari albiſsimi. Fiat confectio in tabulis.

Si verò volueris facere in liquida forma, vt decet, tunc prædictas ſpecies ſequenti Syrupo miſce & fac in modum opiatæ.

℞. Myrobalanorum Chebularum, numero xx.
Emblicarum numero xxx.
Aquæ ℔. iij. aut quantum ſufficit. Coquantur tritæ myrobalani in prædicta aqua, donec remaneat tertia pars, deinde cola. Colaturæ adde mellis deſpumati ℔ j. loco prædicti ſacchari, bulliat poſtea vſque ad iuſtam ſpiſsitudinem, & inſperge ſpecies prædictas, poſtquam feruor Syrupi remiſsior factus fuerit.

NEREMISCH *apud* Rhaſin *eſt Roſa aſinina. Auerrois autem interpres dicit Pæoniam eſſe roſam aſinorum. Ergo, ſecundum hunc Neremiſch idem eſſet quod Pæonia: niſi Rhaſis de vtraque, id eſt, de Neremiſch & de Pæonia, duo propria faceret capitula, tamquam de rebus diuerſis. Certò igitur ſtatuere non poſſumus, quid ſit Neremiſch.*

Confortat omnia membra princi-

palia, ex quibus virtutes manant naturales & animales, iuuat calorem naturalem, & ſpiritum viuificat, compeſcit: malas cogitationes; & bonos mores, lætitiamque & gaudium gignit.

Electuarium Pliriſarcoticum, ſeu potius, Pleres archonticon, D. Nicolai.

℞. Cinnamomi Garyophyllorum
Ligni áloës Galangæ
Spicæ Indicæ Nucis moſchatæ
Zingiberis Spodij
Schœnanthi
Cyperi Roſarum
Violarum ana ʒ j. ℊ xv.
Folij [*loco ipſius Macis ſumatur.*]
Glycyrrhizæ Maſtiches
Styracis calamitæ
Sampſuchi [*id eſt Maioranæ.*]
Balſamitæ Ocimi
Cardamomi Macropiperis
Leucopiperis
Myrtillorum
Corticis Citrei mali ana ℈ ij. ℊ v.
Margaritarum ſplendidarum
Been albi Been rubri
Corallij rubri
Serici toſti ana ℈ j. ℊ ij. ß.
Moſchi ℊ vij. ß.
Camphoræ ℊ v.
Sacchari albiſſimi.

Triſtibus, melancholicis, imbecillo ventriculo, deliquio animi à corde proficiſcenti

ficiscenti succurit. Memoriam amissam recuperat, sensus acuit, comitialibus & asthmaticis prodest, omnemque cerebri debilitatem aufert.

Lithontribon D. Nicolai.

℞. Spicæ Indicæ Zingiberis
Xylobalsami [*aut ligni aloës vt suprà.*]
Acori [*siue calami aromatici hodie vocati.*]
Cinnamomi
Peucedani [*videlicet radicis eius.*]
Meu [*loco eius accipe Seseli Cretici radicem, id est, Berwurtz, Germanis vocatam*]
Melanopiperis Macropiperis
Leucopiperis Saxifragiæ ana ʒ ij. ß.
Opobalsami [*loco eius sumatur oleum ex granis Iuniperi.*]
Garyophyllorum
Costi Rhapontici
Glycyrrhizæ Cyperi
Tragacanthæ
Seminis Olusatri [*est semen quod Macedonicum vulgò perperam vocant.*]
Chamædryos Seminis Apij
Ammios Asparagi Ocimi Vrticæ
Citrei mali ana ʒ j. ℊ xv.
Folij [*aut succedanei eius.*]
Croci Schœnanthi
Ligneæ Casiæ [*aut succedanei eius.*]
Bdellij Mastiches
Ireos Amomi
Ligustici Milij solis
Petroselini Macedonici Seselios

Sinoni [*de quo suprà.*]
Cardamomi
Anethi Euphorbij
Lapidis Lyncis Olei Nardini
* Olei Moschelini ana ʒ ß. ℥ vij. ß.
Sacchari albissimi.

Si volueris facere in forma Opiatæ, tunc speciebus adde triplum mellis despumati, loco sacchari: diutius enim durant species melle exceptæ, quàm saccharo: potest tamen vtroque modo fieri.

Olei Moschelini præparatio infrà habebitur.

P. C. SCHOL.

A Meu] *Seseli Creticum Cordo vocatum quod* Berwurtz *Germani, Fœniculum porcinum Belgæ appellant, esse ipsissimum Meu seu Meum Dioscor. omnino persuasum habeo. Nec radicem eius tantam, tamve crassam esse, (natalibus præsertim locis natam) neque tam grauiter olere, veluti Mathiolus metuit, vt neque tenuitatis nec odoris à Dioscor. descriptos limites ita transire putem, quin genuinum Meum esse queat: Crassitudo cum crassitudine comparanda cùm sit, simul atque suauiter olere, & simpliciter odoratum esse, aliquantulum cum etiam differant. Eo modo, vt quæ de Meo Asturiæ ac Sistra Monachi obseruarunt & scribunt: ego, vtpote mihi quoque comperta, approbem, illisq; manudem. Proinde si quispiam adhuc nihilominus refragari voluerit, pro Meo vero tamen eo tantisper vtentur Pharmacopœi, deserto illo quo hactenus vsi sunt nostrates; dum ipse Dioscor. Genius nobis aliud proferat. Ceterùm imprudenter admodum*

Mathiolum

Mathiolum carpit Fuchsius, quòd ille vnà cum Monachis, hanc herbam Apulis Imperatoriam nominari inquiat, quam Angelicam esse (sic à Germanis appellatam) malè interpretatur Fuchsius: cùm Imperatoriæ nomine ab isthoc Meo admodum diuersæ à Germanis demonstrentur plantæ.

Præclarum ad indigestionem stomachi ex frigiditate. Iliorum lumborumque dolores compescit, lapides in renibus & vesica potenter confringit, & inde mirabiliter expellit. Stranguriam & dysuriam è vestigio soluit.

Rosata Nouella D. Nicolai.

℞. Rosarum Sacchari
Glycyrrhizæ ana ʒ ʃ. ʒ ʃ. ϑ ij. ß.
* Cinnamomi ʒ ij. ϑ ij. minus ℊ ij.
Garyophyllorum
Nardi [*id est, Spicæ Indicæ.*]
Zingiberis Galangæ
Nucis moschatæ Zedoariæ
Styracis calamitæ Cardamomi
* Seminis Apij ana ϑ ʃ. ℊ vß.
Sacchari albissimi.

CONFERT apprimè calori & siccitati stomachi, cordis, hepatis & pulmonis. Sitim compescit & vomitum, abscindit debilitatem stomachi, adstringit laxa. Cardiacis subuenit, sudorem diaphoreticum reprimit, ex chronica infirmitate debiles recreat.

Ele-

Electuarium Diapæonias.

℞. Radicis Pæoniæ ʒ j.
Macis Spicæ Iudicæ
Croci Coralliorum rubrorum
Margaritarum non perforatarum
Maſtiches ana ʒ ß.
Myrtillorum verorum ʒ j. ß.
Cinnamomi
Nucis moſchatæ
Garyophyllorum
Folij [*loco eius Caſiæ lignea veræ.*]
Zingiberis Piperis longi
Cardamomi
Granorum paradiſi ana ʒ ij.
Glycyrrhizæ ʒ v.
Anacardi ʒ j. ß.
Moſchi Ambræ ana ℊ vj.
Sacchari albiſſimi

Fiat confectio in tabulis in æſtate. In hieme verò adde ſpeciebus triplū mellis deſpumati, & conficiatur electuariū.

CONFERT epilepſiæ.

Electuarium Reſumptiuum D. Nicolai.

℞. Roſarum Glycyrrhizæ
Sacchari ana ʒ ij. ℊ v.
Gummi Arabici
Tragacanthæ ana ʒ ij. ϑ ij.
Santali albi
Santali rubri ana ʒ j. ß.

Papa-

Papaueris albi
Succi Glycyrrhizæ Amyli
Seminis Portulacæ
Lactucæ Scariolæ ana ʒ ij.
Garypophyllorum
Spodij [*pro eo, Eboris vsti.*]
Cinnamomi ana ʒ j.
Zingiberis
Styracis calamitæ ana ʒ ij.
Croci ℊ v.
Penidiarum ʒ ß.
Nucleorum seminis Cucurbitæ
Citrulli Cucumeris Melonis ana ʒ ij.
Seminis cydoniorum ∂ ij.
Amygdalorum dulcium
Pineorum nucleorum
Berberis Seminis Maluæ
Seminis Coti siue Bombacis
Seminis violarum Sebesten
Nymphææ ana ʒ ij.
Cum Syrupi violati quantitate sufficienti fiat Electuarium.

RESTAVRAT humiditatem radicalem, lenit, humectat, nutrit, & confortat. Aperit poros, obsistit choleræ, sedat febrē, tussim & sitim. Restituit ingeras vires, & pristinam sanitatem, extenuatis, consumptis & hecticis.

Diacorum D Mesuæ, in sua praxi, cap. ✱ 1. *de affectibus neruorum.*

℞. Radicum Secacul Acori
Pinearum ana ℔ j. ß.

Radices

Radices Secacul mundatæ & inciſæ coquantur in aqua clara, donec aqua cõſumatur, poſtea optimè piſtentur, & in minutiſſimas partes conterantur, donec pulti ſimiles fiant. Dein adfũde eis mellis odorati & optimè deſpumati ℔ x. coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices Secacul imbiberunt, in vaporem reſoluta ſit; diligenter agitãdo, ne ad vaſis fundum adurantur radices. Cum autem iuſtæ ſpiſſitudinis conſiſtẽtiam acquiſiuerit, ab igne deponito, & adde radices Acori tenuiſſimè tritas, & Pineas minuitiſſimè inciſas, cum ſubſequenti puluere optimè miſtas.

℞. Piperis ʒ ß. Piperis longi
Garyophyllorum Zingiberis
A Macis ana ʒ iiij.
Nucis moſchatæ Galangæ
Cardamomi ana ʒ iij.

Omnia iſta ſimul cum melle & radicibus Secacul miſceto & vnito, diligenter agitando ne grumi aliqui relinquantur.

B Secacvl *verum eſt Siſer, quod Germani vocant* Gritzelmoren, *&* Klingelmoren, *Galli* Eſchernis, *&* Seruiles, *Bauari* Nudle, *Sueui* Geyrle.

Acorvs, *id eſt, vulgò vocatus* Calamus aromaticus. *Meſue iubet etiam Acori radices elixari. Sed quia nos recentes & virides non habemus, vt ij qui in calidis regionibus habitant, ideò melius eſt eas tritas melli admiſcere.*

P. C.

P. C. SCHOL.

A *Rosas è contextu, à Cordo perperam impositas, Fuchsio quoque & id volente, sustuli.*

B Secacul verum.] *Secacul non est Siser, vt Cordus existimat: sed veluti Francisco Alexand. quoque placet, esse posset ea planta quam Crithmũ spinosum, seu Pastinacam marinam vocant Monspessulani: vnde mihi in horto meo à Matthia Lobelio doctore Medico semine transmisso, nunc viret. Genuinum interim si id non fuerit, in eius locum tamen commodè substitui posset, respondentibus facultatibus: dum Arabs quispiam ipsissimum nobis commonstrauerit.*

Confert mirum in modum ægritudinibus neruorum, acuit omnes sensus & ingenium, sedat dolores capitis; est peculiare remedium frigidarum ægritudinũ, senum, & maximè catarrhi.

Puluis ad Epithemata cordis.

℞. Santali rubri ʒ j.
Corticum citrei mali Santali albi
Rosarum Corallij albi
Corallij rubri Charabæ
Spodij [*accipe Eboris vsti.*] ana ʒ ß.
Ossis cordis ceruini
Croci ana ʒ j.
Specierum Lætitiæ Galeni
Specierum electuarij de Gemmis
Specierum Diamargariton ana ϑ iiij.
Camphoræ ϑ j.

In puluerem redactæ species commiscentur.

Puluis

Puluis ad Epithemata hepatis.

℞. Rosarum Santali albi Santali rubri
Absinthij Schœnanthi
Spodij [*pro eo, Eboris vsti.*]
Spicæ Indicæ ana ʒ ß.
Contrita in puluerem misce & repone.

CONFECTIONES OPIATÆ.

Diaolibanum D. Nicolai.

℞. Castorei Opij
Hyoscyami albi ana ʒ iij.
Casiæ ligneæ ʒ ij. ϑ ij.
*Folij [*aut succedanei eorum.*]
Croci
Thuris masculi ana ʒ ij.
Rhapontici
Amomi [*pro quo Carpesium*] ana ʒ. j. ϑ ij.
Myrrhæ ʒ j. ß.
Pæoniæ Styracis calamitæ
Macropiperis ana ʒ j.
Spicæ Indicæ
Pyrethri Euphorbij
Leucopiperis ana ϑ ij. ß.
Mellis despumati triplex pondus.

EST verò obseruandum in omnibus opiatis, vt singulis vncijs specierum, misceantur tres vnciæ mellis despumati. Si minus fuerit, exiccatur confectio facilè: si verò plus addatur, vires eius dispergantur.

THVS Masculum, est Thus album aut flauum puriſsi-

puriſsimum in globulos rotundos ſingulos, aut teſticulorum figurain geminos concretum, ideoq; Maſculi cognomen accepit.

VTILE eſt ad diuerſas paſſiones capitis, hemicranicum dolorem placat, & ſupercilij lachrymas potenter ſtringit; fauces rheumatizatas & arterias lenit. Hæmoptoicis & tuſſientibus medetur. Vomitum compeſcit, dolorem ſtomachi & nauſeam aufert. Peripneumonicis, pleureticis, empyicis ſine dubio ſubuenit. Gonorrhœam & ſatyriaſim emendat, & menſtrualem ſanguinem ſiſtit.

Muſa Enea, ſiue Zazenea, vel Egeteæ D. Meſuæ.

℞ Caſtorei
Myrrhæ Opij
Melanopiperis Macropiperis
Galbani Coſtì
Cinnamomi Phu
Meu [*aut loco eius Seſeli Creticum, id eſt, Berwurtz.*]
Dauci Aſari
Croci ana ʒ iiij.
Mellis deſpumati optimi triplex pōdus.

P. C. SCHOI.

Muſa.] *Erroneè à Cordo Muſa hæc confectio inſcribitur, veluti & Franciſc. Alex. ritè obſeruauit, cùm Sagzenea à Meſue vocetur: Muſa enim Enea apud Nicolaum confectio eſt, ab hac plurimum differens.*

VALET ad omnes passiones frigidas, & ventositates crassas, & dolorem dentium & corrosionem eorum, & ad frigus stomachi, tarditatem digestionis, colicam, difficultatem vrinæ, & ad frigus & phlegma, & ad muccositatem vrinæ.

Philonium Maius, siue Romanum D. Nicolai.

℞. Leucopiperis
*Hyoscyami albi [r. *seminis eius*] ana ʒ v.
Opij ʒ ij. ß.
Casiæ ligneæ [*aut succedanei eius.*] ʒ j. ß.
A Seminis Apij ʒ j
Petroselini Macedonici Fœniculi.
B Dauci Cretici ana ʒ ß.
*Croci ϑ j. Spicæ Indicæ
*Zedoariæ
Pyrethri ana ϑ ß. ℊ v.
Cinnamomi ʒ j. ß.
Euphorbij Costi ana ʒ j.
Mellis despumati optimi triplex pōdus.

Pro Dauco Cretico accipere licet Seseli Creticum, id est, Berwurtz.

P. C. SCHOL.

A Sem. Apij ʒ j. *& paulo pòst.* Sem. Dau-
B ci ana ʒ ß] *Pro* ʒ j. *Cordus malè* ʒ j. *sicuti & pro* ʒ ß. *erronèe* ϑ j. *legebat: vt Francisco Alexand. quoque placet.*

Emendat tussim cum vino multo oblatum, peripueumoniam cum hydromelite, sanguinis sputum cum polygoniæ succo. Indigestionem stomachi & vomi-

tum

tum cum posca, dolorem hepatis cum œnomelite curat: splencticis & aurigi-nosis cum oxymelite subuenit, cœliacis, cum apozemate pegani. Pleuriticis, ilios, nephriticis & vesicæ symptomatis cholericis medetur.

Philonium D. Mesuæ.

℞. Piperis albi
Seminis Hyoscyami albi ana ʒ xx.
Opij ʒ x. Croci ʒ v.
Spicæ nardi Indicæ Pyrethri
Castorei ana ʒ j.
Mellis despumati optimi triplum pondus.

MIRVM in modum mitigat dolores, præcipuè stomachi, matricis, laterum, totius ventris, & colicam cũ decoctione chamæmeli vel rutæ, & statim provocat somnum cum aqua lactucæ vel syrupo papaueris. Tollit dolorem capitis cũ decoctione stœchadis, prohibet catarrhum cũ decoctione olibani vel spicæ. Contra spasmũ & paralysim bibitur cum decoctione nucis moschatæ. Facilitat anhelitum cũ decoctione baccarũ lauri vel hyssopi, & sedat tussim cum aqua mellis. Prouocat vrinam, facilitat mictum, & frangit lapides vesicæ, cũ decoctione Saxifragiæ vel aqua apij. Compescit vomitum & fluxum sanguinis ex ore, cum succo plantaginis vel decoctione mastiches, & sedat prouocatio-

& singultus, & vitia matricis, & potenter somnum inducit.

Philonium, ex Galeno & P. AEgineta.

℞. Croci ʒ v.
Pyrethri Euphorbij
Spicæ Indicæ ana ʒ j.
Piperis albi ʒ xx.
A Hyoscyami ʒ viij.
Lachrymæ Papaueris ʒ x.
Mellis despumati optimi triplum.

P. C. SCHOL.

A Hyoscyami ʒ viij.] *Cùm non Galeni, sed P. AEginetæ tantùm corrupta exemplaria perperam legant Hyoscyami ʒ viij. atque ex Cornarij dolabella ʒ xx. pro ʒ viij. restituendæ sint, cum Mesues descriptione hoc pacto conueniet ; vtpote qui ex hisce eandem desumserit ; Castorium in Euphorbij locum substitutum si exceperis.*

Philonium Persicum D. Mesuæ.

℞. Piperis albi
Hyoscyami albi ana ʒ xx.
Opij
Terræ sigillatæ [*pro qua Boli Armeni vt suprà*]
ana ʒ x.
Lapidis Hæmatitis Croci ana ʒ v.
Castorei Spicæ Indicæ
Euphorbij Pyrethri
Margaritarum Charabæ
Zedoariæ Doronici
Trochiscorum Ramich [*de quibus infrà*]
ana ʒ j.

Cam-

Camphoræ ℈ j.
Mellis rosati optimi triplum

P. C. SCHOL.

Piperis albi.] *Insulsè admodum Papauer in huius locum surroganerat Cordus, quod & suboluit facilè Fuchsio: sequentibus nihilominus Cordum Colonienſibus medicis, in ab ipsis euulgato non ita diu Dispensariolo.*

INVENTVM est ad retinendum sanguinem menstruorum, hæmorrhoidarum, fluxum ventris, vomitum, & sputū sanguineum, præsertim si cum succo plantaginis dissolutum bibatur, & ad fluxum menstruorū mittatur invuluā, & ad fluxum sanguinis excoriatiuum clysterizetur. Consolidat fermè vlcera & venas, & &nihil est quod magis & tutius præseruet ab abortu prægnantem grauidam.

Requies Nicolai.

℞. Rosarum
Violarum ana ʒ iij.
Opij Hyosciami
Papaueris [*videlicet albi.*]
Mandragoræ [*videlicet cort. radicis eius.*]
Scariolæ [*videlicet seminis.*]
Lactucæ [*videlicet seminis.*]
Seminis Portulacæ
Psyllij
Nucis moschatæ Cinnamomi
Sacchari ana ʒ j. ß.
Santali albi
Santali citrini

Santali rubri Spodij
Tragacanthæ ana ℈ ij. ℥ v.
Mellis despumati optimi triplum

REQVIES dicitur, quia requiem accipientibus præstat: maximè typicè febricitantibus, quotidianarijs, tertianarijs, quartanarijs, acutis & peracutis.

Tryphera magna D. Nicolai.

℞. Opij ʒ ij.
Cinnamomi
Garyophyllorum Galangæ
Spicæ Indicæ Zedoariæ
Zingiberis Costi
Styracis calamitæ
Calami aromatici
Cyperi
Iridis Illyricæ
Peucedani
Acori [*aut calami aromatici hodie vocati.*]
Mandragoræ Nardi Celticæ
Rosarum Piperis
Sem. Anisi
Apij Petroselini Macedonici
Fœniculi Dauci
Hyoscyami Cumini
Ocimi ana ʒ j.
Mellis despumati optimi triplum.

IRIS *Illyrica, est eadem quæ in Pharmacopolijs dicitur Ireos.*

NARDVS *Celtica sive Spica Celtica, & Saliunca est eadem herba quæ in Pharmacopolijs dicitur Spica Romana.*

AVXI-

AVXILIATVR dolori ſtomachi ex frigiditate, & cùm accepta fuerit, ſtatim patientem ad ſudorem prouocat. Phreneticis, & mulieribus quæ ex melancholia de matrice inſomnes ſunt, rheumaticis, peripneumonicis, & qui excernunt excrementa cum ſanguine, vtiliſſima eſt.

Tryphera minor Fœnonis, ex Meſue.

℞. Myrobalan. Chebularum
Bellericarum Indarnm Emblicarum
Nucis moſchatæ ana ʒ v.
Naſturtij aſſati Aſari
Origani Perſici Piperis
Olibani Ammios
Zingiberis Fructus Tamariſci ſatiuæ
Nardi Indicæ Schœnanthi
Cyperi ana ʒ iiij.
Scoriæ ferri, quinque diebus in aceto maceratæ, & deinde toſtæ ʒ xx.

Myrobalani cum butyro recenti non ſalito aſſentur modicum, reliqua oleo amygdalino dulci inuoluantur: deinde addantur
Moſchi ʒ j.
Mellis deſpumati triplex pondus.

Oportet autem diligenter attendere, ne Myrobalani comburantnr, cùm in butyro aſſantur.

ORIGANVM *Perſicum, idem eſt quod origanum Orientale; naſcitur etiam in Creta inſu-*

 læ, &

la, & Græcia: habet autem surculos, capitula, folia, & ramulos maioranæ similia, saporem verò inter Satureiam & Dictamnum Creticum medium: estq; valdè odoratum & aromaticum; affertur ex Oriente in Italiam: loco autem eius accipere licet Dictamnum Creticum verum.

TAMARISCVS satina arbor est procera: sed ea nos caremus, ideoq; cogimur loco eius nostratis Tamarisci foliis vti.

SCORIA ferri, propriè significat ferri recrementum, id est, Eyssenschlaken Germanis vocatum, verùm id non debet hoc loco accipi, sed Squama aut Batitura ferri optimi aut Chalybis, quam Græci Stomoma appellant.

VALET ad corruptionem & exuberantiam menstruorum, & hæmorrhoidarum, & ad corruptionem formæ, & debilitatem stomachi: & destruit humorem crudum, & clarificat colorem. Confortat vesicam, & abscindit fluxum ventris.

Tryphera Sarracenica D. Mesuæ.

℞. Myrobal. Chebulorum
Indorum Bellericorum Emblicorum
Citrinorum ana ʒ v.
Cinnamomi Leucopiperis
Macropiperis Melanopiperis
Secacul [*id est, Siseris vt suprà.*]
Folij [*aut succedanei.*]
Spicæ
Cardamomi maioris Cardamomi minoris
Casiæ

Caſiæ ligneæ [*aut ſuccedanei eius.*]
Seitaragi Indi Cyperi
Apij Linguæ auis
Garyophyllorum
Been albi Been rubri
*Zingiberis ana ʒ ij.
Nucis moſchatæ Macis
Seſami excorticati ana ʒ iij.
Amygdalorum dulcium
Amygdalorum amarorum ana ʒ v.
Ligni aloës Rhabarbari
Rutæ Seminis fœniculi
Maſtiches ana ʒ ij.
Ocimi garyophyllati Menthæ ſiccæ
Origani Perſici [*eius loco Dictamnum Cretiœum accipe.*] ana ʒ j. ß.

Fricentur Myrobalani tritæ cum butyro vaccino recenti & non ſalito, aliæ verò ſpecies cum oleo amygdalino dulci, & confice eum mellis deſpumati optimi triplo.

SECACVL, *non eſt* Iringus *ſiue* Eringium, *neq; Iringus qui habet folia Cretami marini neque Sigillum Salomonis. Sed verum Secacul eſt veterum Siſer, hoc eſt radix illa quæ Germanicè dicitur Klingelmorn, Gritzelmorn, Nudlen, & Geyrlen: Gallicè Eſchernis & Seruilles.*

LINGVA *auis, eſt ſemen fraxini.*

SEITARAGI *Indum, eſt herba Naſturtij odore & ſapore, foliis longis, radice ſimili eius herbæ quam Merretich vocant Germani, & Fefferwurtz, Raphanum magnum.*

CONCOCTIONEM ventriculi &

& hepatis ſuo calore iuuat, ob id flatus diſſipat, humores in ventriculo & aliis viſceribus putres abſumit, oris & corporis odorem & colorem commendat, laſſitudinem tollit. Sanitatem præſentem tuetur, & morborum generationem prohibet. Venerem auget, hæmorrhoides ſanat.

Tryphera Perſica D. Meſuæ.

℞. Succorum Solatri ſiue Solani
Endiuiæ veræ & ſatiuæ
* Apij ana ℔ ij.
Lupulorum depuratorum ℔ ß.
Proijciantur deſuper
Violarum ſiccarum aut viridium
*Roſarum ana ʒ iij. (alij ʒ iiß)
Folliculorum Senæ ʒ ij.
Agarici ʒ ß.
*Prunorum Damaſcenorum pinguium numero L.
Cuſcutæ ʒ ß.
Spicæ Indicæ ʒ iij.
Bulliant molliuſculo igne, donec ſuperſint ℔ ij.
Et iniiciantur Epithymi ʒ XL.
Myrobalanorum Citrinorum
Chebulorum
*Indorum fricatorum in oleo amygdalorum dulcium ana ʒ ij.
Bulliant leuiter, deinde ab igne deponantur & percolentur, atque diſſoluantur in vna parte iſtius percolati.

Tama-

Tamarindorum recentium ℥ iij.
Mannæ electæ ℥ j. ß.
Pulpæ cassiæ ℥ iiij.
Sacchari violati ℔ j.

Percolentur & mundentur à granis & sordibus, atque in aliam aquæ parte projiciantur Sacchari albissimi ℔ iij.
Aceti vini ℔ j.

Coquantur leuiusculo igne, deinde projiciantur super illud quod dissolutum est in succis, & aggregentur simul in vnum, atq; coquantur donec mellis crassitiem obtineant: postremò in puluerem redactæ sequentes species inspergantur.

Rhabarbari optimi ℥ ij.
Myrobalan. Citrinorum ℥ j. ß.
Chebulorum
Indorum ana ℥ j.
Bellericorum
Emblicorum ana ʒ iiij.
Seminis Fumiterræ
Trochiscorum Diarhodon
Macis Mastiches
Cubebarum
Spodij [*loco eius Eboris vsti.*]
* Santali citrini ana ʒ ij.
Nucleorum seminis Cucurbitæ
Citruli
* Cucumeris
Melonis ana ʒ ij. ß.
Anisi ʒ iiij.
Spicæ Indicæ ʒ ij.

In.

Inuoluantur hæ ſpecies in oleo violato. & confectio reponatur in vaſe vitreo.

CONFERT febribus acutis, & inflammationi ſtomachi & hepatis, ictericis calidis de oppilatione incolumitatem acquirit. Viſum à fumis cholericis deperditum, reparat. Sitim mitigat, morbos aduſtionis fieri prohibet.

Confectio Anacardina D. Meſuæ.

℞. Piperis nigri
Piperis longi
Myrobal. Chebulorum
Emblicorum Bellericorum Indorum
Caſtorei ana ʒ ij.
Coſti Anacardij
Sacchari tabarzeth
Burungi
Baccarum Lauri ana ʒ vj.
Cyperi ʒ iiij.

Anacardi per ſe terantur, & alijs tritis admiſceantur: deinde omnia cum butyri recentis non ſaliti &
Mellis deſpumati ana ℥ v. ß.
Simul coctis bullitione vnica conficiantur.

P. C. SCHOL.

Burungi.] *Cordus huius loco ſemen Erucæ poſuerat, hanc dictionem ita interpretatus: cùm Meliſſam eſſe exiſtiment plerique, vt & monet Fuchſius, Mathiolo aliter ſentiente. Si verò dictionem hanc Erucæ ſemen eſſe Meſuæ mens fuerit, per id*

Sinapi

Sinapi ſemen à colore album vulgo hîc nuncupatum, atque ab officinis noſtris perperam Erucæ ſemen vocitatum, intelligendum erit; ab huius confectionis virium ſcopo non alienum.

EST confectio ſapientum, & eorum qui deſiderant ſcire: acuit enim intellectum, ſubtiliſat ſenſum, memoriam recuperat. & confert dolori ſtomachi & ventris à frigiditate facto, & clarificat ſanguinem, colorem bonum facit.

Aurea Alexandrina D. Nicolai.

℞. Aſari
Carpobalſami [*aut aliquod ſuccedaneum, vt ſuprà*]
Sem. Hyoſcyami albi ana ʒ ij. ß.
Garyophyllorum
Opij Thebaici Myrrhæ
Cyperi rotundi ana ʒ ij.
Balſami [*loco eius oleum Garyophyllorum.*]
Cinnamomi
Folij [*aut ſuccedanei eius.*]
Zedoariæ Zingiberis
Coſti veri Corallij
Caſiæ ligneæ veræ Euphorbij
Tragacanthæ
Thuris maſculi
Meu [*vel potius Mei*]
Styracis calamitæ
Saliuncæ [*id eſt, Spicæ Celticæ, quæ nunc Romana dicitur. Sed in Græco Alexandrino habetur Elelisphacon, id eſt Saluia.*]
Cardamomi minoris Seſelios

Semi-

℞ Seminis Napi — Seminis saxifragiæ
Anethi
Anisi ana ʒ j.
Ligni aloës
℞ Rhapontici
Aliptæ moschatæ — Castorei
Spicæ nardi Indicæ — Galangæ
Opopanacis — Anacardij
Mastiches — Sulphuris viui
Radicis Pæoniæ
Eringij [*videlicet radicis eius.*]
Rosarum — Thymi
Acori veri [*siue Calami aromatici.*]
Pulegij — Aristolochiæ longæ
Gentianæ
Corticum rad. Mandragoræ
Chamædryos — Phu
* Baccarum Lauri
Ammi [*id est, ammeos.*]
Dauci Cretici [*eius loco licet accipere Seseli Creticum, id est, Berwurtz.*]
Macropiperis — Leucopiperis
Xylobalsami [*aut aliquod succedaneum.*]
Sem. Carui
Amomi — Petroselini
Ligustici — Rutæ
Sinoni — ana ʒ ß.
Auri cocti [1. *omnino igne depurati & sinceri.*]
Argenti meri
* Margaritarum albarum
Blattæ Byzantiæ
* Ossis è corde cerui ana ℈ xv.
Limaturæ Eboris

Cala-

℞ Calami aromatici
Pyrethri ana ℥ vij.
Mellis despumati triplum.

IN Græco Alexandrino Nicolao etiam alia quædam pretiosa habentur in fine, ni fallor. Sicut videbitur, si in lucem venerit.

MYRRHAE. Actuarius auctor, quem Ruellius interpretatus est, pro Myrrha habet Myrti baccarum, id est, Myrtillorum, facili ex altera in alteram vocem lapsu: nam Myrta in plurali numero Græcis sunt fructus Myrti, quæ vox magnam habet similitudinem cum Myrrha.

MEV vero nos caremus. eius loco accipere licet Sisonis semen, quod iam dicitur Amomum, aut Seseli Creticum, hoc est Berwurtz, sed hoc inferius est accipiendum pro Dauco Cretico.

NAPVS, est parua, densa, ac solida rapa, quam appellamus Germanicè Merseburgisch, Bortfeldisch, & Bairisch rublein.

PHV verum, quod ad medicinam requirunt Auctores, non est Valeriana vulgaris, nempe agrestis. sed alia herba quæ Germanicè dicitur Gartensoliunk, Teriacskraut & Spicwurtzel. Caulem & flores habet Valerianæ, radicem maiorem & odoratiorem, folia longa & mollia. colitur à nobis in hortis.

D AMOMVM verũ] est Rosa Hierichuntis odorata, sed eo Pharmacopolæ hactenus carnerunt. eius succedaneum est verus acorus aut carpesium.

E SINONVM siue Sison siue Sinnus, siue Sinon, est semen nigrum aromaticum, quod hodie Amomum in Pharmacopolijs vocitatur falsò.

F AMBARVM Margaritarum] hoc est, perforatarum.

ratarum & non perforatarum: alij legunt albarum Margaritarum. Actuarius habet simpliciter Margaritarum. non malè ergo quis aget, si tam perforatarũ quàm non perforatarum ana ℈ ß. ℊ vi & ß. acceperit, ita ex vtrisque vnum fiat pondus, videlicet vt Nicolaus habet, ℈ j. ℊ xij.

P. C. SCHOL.

A Balsami] *Opobalsami, legebat Cordus, auctoris potius mentem interpretans & ponens, quã vocem eam quam repererat seruans. Per Balsamum verò absolutè scriptum, herbam ipsam ipsius Balsami fruticis intelligi vult Fuc. Myrepsum Xylobalsamo, Carpobalsamo, Opobalsamo, & Balsamo, quatuor distinctis vocibus vti perhibens. Sed eundem Myrepsum quatuor illa simul in eodem vsurpare medicamento, nec dicit nec demonstrat. Quare per Balsamum, Nicolaum succum seu Opobalsamum intellexisse, vnà cum Francis. Alexand. Appolline censeo.*

B Sem. Napi.] *Seminis Sinapis legit Fuchsius huius loco ex Myrepso, cui & aliquot vetusta mea exemplaria consentiunt.*

C Rhapontici.] *Rhabarbari perperam legebat Cordus, indicante & id quoque Fuchsio, quod à Rhapontico diuersum est. Idipsum autem adamussim Dioscoridis descriptioni conueniens, hisce nuperrimis annis primùm adferri denuò atque à peritioribus nonnullis cognosci cœpit. Non ita diu enim eius vncias paucas (rariusculum enim adhuc est) ex vrbe Veneta, in qua tum agebat, ad*

me dono

me dono misit, non minus doctus, quàm hacce in nostra arte si quis alius versatissimus atque diligentissimus Valerandus Donreus, Lugduni pharmaca nunc faciens. Verùm in huius Rhap. penuria Rhabarbaro non incommodè vteris.

O Amomum verum.] Rosa Hierichuntis vocata vulgò, Amomum herclè esse non potest, vt Mathiol. Fuchsius, & Francis. Alex. rectè sentiunt. Quare eius vtendum succedaneo.

E Sinonum.] Cordi mentem, vt neq; Anguillarę, non intelligit Frāciſc. Alexand. Apollo. Dicere enim volunt, Sinonum seu Sisonem verum, esse semen quoddam nigrum acre, aromaticum, exiguum, apij semini simile, eius herbæ, inquam, cuius imago ab Hieronymo Trago, & Cordo, Sisonis nomine depicta est; ac cuius semen Belgij atque Germaniæ officinæ Amomum falsò vocitant, proq; eo sinistrè vtuntur. Idipsum interim si Sinonum non fuerit, facultate cùm illi sit satis vicinum, pro eodem vsui esse poterit.

F Ambarum Margar.] Cùm ita legeret Cordus vnà cum multis alijs, longè aliter sese res habet; nempe vt in contextu restitui.

CONTRA defluxiones capitis frigore conceptas efficax est, oculorum lachrymas exiccat, dentium dolores lenit, aduersus capitis cruciatum summopere prodest. Illitum fronti comitiales, insanos, vertiginosos, & in vniuersum omnem capitis noxam mulcet. Tabidis, tussiculosis, humorem à thorace rejicientibus, cardiacis, sanguinem excreantibus præsenti est auxilio, ischiadicis,

coli & renum cruciatibus. Aduersus iliorum noxam, difficultatem urinæ, & eiusdem stillicidium valet, calculos comminuit, omni ventris malo liberat. Quotidianis & tertianis febribus circa accessionis initium, sufferuefacto stœchadis iusculo, medetur.

Diacodion simplex D. Mesuæ.

℞. Capitum Papaueris mediocrium flaccidorum numero x.
Macerata horis xxiiij. in Aquæ celestis sextario vno, coquantur ad tertias, id est, tamdiu vsque quo tertia pars aquæ superfit.
Colaturæ expressæ adde
Sapæ optimæ ad tertias coctæ ʒ iij.
Mellis optimi ʒ j.
Coquantur ad perfectionem.
Diacodium compositum verò vt fiat, addantur
Acaciæ, non ita aridæ, sed liquidæ
Rubiæ tinctoriæ Hypocistidis
Croci Myrrhæ
Balaustiorum [*hoc est, florum malogranat. siluestrium*] ana ʒ j.
Ramich ʒ iiij.

FLACCIDORVM, *id est, non omnino recentium, neque aridorum, sed medio habitu, quæ lia sunt pridiè decerpta. Si verò sicciora fuerint capita, biduo maceranda erunt.*

SEXTARIVS *mensuræ genus est, quod si mellis*

si melle repleatur, pendet ʒ xxx. si oleo, pendet ʒ xviij. si verò aqua repleatur, pendet aquæ ʒ xx. hoc autem loco accipiendus est sextarius aquæ cælestis: ergo aquæ oportet esse vncias xx. ponderales. Variant tamen Auctores in sextarij definitione, vt inferius in vnguentis dicetur.

HYPOCISTIS, *id est, vt hodie corrupto nomine vocant, Hypocistidos.*

RAMICH, *compositio est peculiaris, quæ ponitur in Trochiscis.*

MELLIS *quantitas admodum parua videtur esse in hac confectione. Actuarius aliud habet Diacodion, quod huic subiiciemus statim.*

DIACODION simplex confert eis quibus ex capite ad pectus & ad pulmonem subtiles catarrhi defluunt, & sunt causa tussis.

Compositum autem, naturæ impetum sistit, & sanguinis rejectionem à visceribus thoracis.

Diacodion D. Actuarij.

℞. Capita Papaueris, neque perquàm viridia, neque etiam ariditate exucca, numero xiij.

Rosarum ↄ j. ℈ j. ß.
Croci Acaciæ
Dulcis radicis [*id est, Glycyrrhizæ*] ana ʒ ß.
Armenæ glebæ [*id est, Boli Armenæ.*] ʒ ß.
Cinnamomi Hali
Hypocistidis
Florum siluestris Punicæ [*id est, Balaustrum.*] ana ʒ j.

Myrti, Dauci ana ʒ ß.
Coralliȷ candidi [*id eſt, albi.*]
Coralli rutili [*id eſt, rubri.*]
Rhois culinariȷ [*id eſt, obſoniorum.*]
Sanguinis Draconis
Florum Althææ ana ↄ ȷ.
Seminis portulacæ ə ȷ. ß.

Capita papaueris in cæleſti imbre ſufficienti duos dies macerato, poſtridie ad tertias coquito, & decoctum expreſſum ad iuſtam conſiſtentiam coquito cum mellis optimi ℔ ij. Poſtremò depoſito ab igni vaſe, ſpecies ſubtiliſsimè tritas adjicito, & bene vnito.

ↄ. *hoc ſignum ſignificat pondus, quod dicitur Sicilicum, pendet autem tantum quantum* ʒ ij. *& eſt quarta pars vnciæ vnius.*

HALVS *aut Halum ſiue Alum, eſt Conſolida ſaxatilis, id eſt, Symphytum petræum, quod hodie non habent Pharmacopolæ, ideoq; neceſſe eſt Symphyti, ſiue Conſolidæ maioris radices accipere. nam Galenus dicit, vtile eſſe magnum Symphytum, id eſt, Conſolidam, ad omnia ad quæ Petræum, id eſt, Alum.*

RHVS *Culinarium, id eſt, quod nunc vocant Arabico nomine Sumach: oportet autem enucleatum, & pulpam eius accipere.*

AVXILIO eſt cœliacis, dyſentericis, lenitati inteſtinorum, alui profluuio cum aqua cæleſti, in qua ſpodium inferbuerit aut ſuccinum torrefactum, vel cum ſtillaticio roſarum liquore.

Diara-

A *Diacastorium D. Nicolai.*

℞. Castorij
Myrobalanorum citrinorum ana ʒ iij.
* minus ℊ j. ß.
*Assæ fœtidæ Myrrhæ
Euphorbij ana ʒ j. ℊ xvij.
*Aloës ʒ j. ß. minus ℊ j.
Folij [*aet succedanei eius-*]
*Antimonij [*id est, Pyrethri*]
Glycyrrhizæ Tragacanthæ
Calami aromatici
Nitri Galbani
Schœnanthi Opopanacis
Spicæ Nardi Indicæ
Sagapeni Nucis moschatæ
Casiæ ligneæ Leucopiperis
Macropiperis Melanopiperis
Xylobalsami [*aut succedanei eius.*]
Carpobalsami [*aut succedanei eius.*]
*Colocynthidis Rhapontici
Styracis calamitæ Zingiberis
Cinnamomi ana ʒ j. ℊ ij.
Staphisagriæ
Dauci Fœniculi
Petroselini Apij
Sileris montani Baccarum Lauri
Petrolei Seminis Sinoni
*Styracis rubræ [*id est, rufæ purissimæ.*]
Sanguinis draconis Cardamomi ma-
* ioris & minoris
Thuris Agarici
Mastiches

Salis Hammoniaci Zedoariæ
* Aniſi ana ℈ j. ℊ ix.
Thymbræ Hyſſopi
Chamædryos Pulegij
Origani Balſamitæ
Ocimi Brancæ vrſinæ
Dictamni [*videlicet Cretenſis.*]
Seminis Rutæ Ariſtolochiæ longæ
Ariſtolochiæ rotundæ Ari
Mabathematicum Aſari
Saluiæ [*videlicet minoris.*]
Roſarum
* Bdellij ana ℊ xviij.
Epithymi Polypodij quercini
Opobalſami [*loco eius oleum Caryophyllorum.*]
ana ℊ xiiij.
Alypiados
* Capparis [*id eſt, radicis eius.*] ana ℊ xij.
Anacardij Sabinæ Gentianæ
* Corticum rad. Mandragoræ ana ℊ x.
Peucedani
* Abſinthij ana ℊ vij. Ireos ℊ iij ß.
Mellis deſpumati triplum

PETROLEVM *hoc loco accipiendum eſt clarum, flauum atque liquidiſsimæ tenuitatis: & non nigrum & craſſum.*

STYRACIS *rubeæ, id eſt, calamitæ rubeæ: hoc enim loco nòn eſt accipiendus cortex ille fuſcus & aridus, quem vocant Thymiama, atque malè Storacem rubeam. Sed Styracis calamitæ puriſsimæ guttæ, quibus rufus eſt color.*

SALIS *Hammoniaci, hodie dicunt Armoniaci. eſt autem hic duplex: Factitius, quo vtuntur*

Chy-

Chymistæ, Aurifabri & Ærarij: Atque Natiuus, qui ad medicinam recipitur. Cùm autem careamus natiuo, necesse est eius loco salem gemmeum accipere. Nam hoc loco non requiritur sal hammoniacus factitius, vt puto; potest tamen tantilla eius portio tutò misceri tam numerosis simplicibus huius compositionis.

BRANCA *Vrsina, hoc loco non significat eam herbam quam Germani Bernklaw vocant, foliis asperis, vmbella & semine Anethi, odore & sapore cimicum, radice acri & feruida; sed eam brancam quæ in Italia Vrsina vocatur, radicibus longis, Tragacanthæ modo mucosis.*

MABATHEMATICVM, *aiunt esse cauliculi siluestris saccum; est autem cauliculus seu caulis agrestis id olus quod Cato & alij rei rusticæ scriptores apud Latinos Brassicam siluestrem vocant, cuius multæ sunt species.*

B ALYPIAS, *siue Alypum, quid sit, nondum constat? quidam interpretantur Mezereon, id est, Chamelæam, sed falsò: vtrumque enim seorsum peculiari capite ab auctoribus depingitur: vires habet acres, & atram bilem per aluum purgandi. possumus autem eius loco accipere Epithymum, Thymbram, aut Thymum.*

P. C. SCHOL.

A *Huius confectionis descriptionem cùm non esse legitimam, sed corruptissimam Fuchsius & Franciscus Alexand. meritò conquerantur,*

eam nos hîc ſuæ integritati reſtituimus; quamquam non ex Fuchſii Myrepſo depranatiſsimo, vt neque ex Franciſci Apolline.

B Alypias ſiue Alypum.] *Eius, quæ hoc nomine hodie cognoſcitur, herbam affabrè tibi Mathiolus in ſuis illis heroicis commentariis depictam exhibet.*

CONFERT cephalalgicis, epilepticis, vertiginoſis, hemicranicis, paralyſi omnium membrorum, & omnibus frigidis ægritudinibns, tempore frigido nocentibus confert.

Michleta D. Nicolai.

℞. Myrobalan. citrinorum
Chebulorum
Indorum omnium toſtorum
ana ʒ iſ. ß.
Myrobal. Bellericorum
Emblicorum toſtorum ana ʒ iſ.
Naſturtij toſti [*id eſt, ſeminis eius*] ʒ ij. ß.
Cumini Aniſi
Fœniculi Ammios
Carui ana ʒ j. ß.

Omnia cruda terantur & macerentur in aceto vini modico xxiiij. horis, exiccentur cum inſperſo aceto; poſteà torreantur ſupra prunas, toſtis addantur ſubſequentia:

Spodij [*id eſt, Eboris vſti.*]
Balauſtiorum
Pulpæ Sumachij Maſtiches
Gummi Arabici ana ʒ j. ℊ xv.

Omnia

Omnia cum oleo rosato fricentur, & commiſceantur cum Syrupi myrtini triplo.

Propriè valet ad hæmorrhoides, & ad ventris torſionem & rugitum lienteriæ, & dyſenteriæ, & optima eſt omni ſolutioni ventris.

Electuarium de Baccis lauri
D. *Rhaſis.*

℞. Fol. Rutæ ſiccorum ʒ x.
Ammios Cumini Nigellæ
Liguſtici [*id eſt, ſeminis eius.*]
Origani Carui
Petroſelini
Amygdalorum amarorum
Piperis nigri Piperis longi
Mentaſtri Dauci Acori
Baccarum Lauri
Caſtorei ana ʒ ij.
Sagapeni ℥ ß.
Opopanacis ʒ iij.
Mellis deſpumati triplum [*i. lib.* ſ. ℥ iiij. ʒ. vij.]

SAGAPENVM *corrupto nomine vocatur Serapinum in Pharmacopoliis.*

VALET ad colicam & iliacam paſſionem: & doloribus inteſtinorum ex cauſa frigida vel ventoſa confert.

Dyaſatyrion D. Nicolai.

℞ Teſticulorum Satyrij recentium denſorum Radicum Paſtinacæ ſatiuæ recentium.

Radicum Secacul [*id est, Grietzelmorn.*]
Nucis Indicæ Pinearum
*Pistaciorum ana ʒ xij. ß.
Garyophyllorum
Zingiberis Anisi
Erucæ seminis
*Linguæ auis [*i. seminis fraxini*] ana ʒ v.
G xv.
Cinnamomi Caudarum Scincorum
Seminis bulbi ana ʒ ij. ß.
*Moschi G vij. ß.
Mellis despumati optimi ℔ iij.

SATYRIÓN *habet duas radices, vnam solidam, alteram flaccidam: ex his tantùm sumendæ sunt densæ & solidæ.*

SEMINIS *Bulbi: Bulbus vulgò non est cognitus: quare eius loco vrticæ semen accipere licet.*

SCINCORVM. *notandum est inprimis non esse accipienda reptilia illa quadrupedia ex fossis quæ nos vocamus Wassermolchen, siue Wasser Eydexen; vt hactenus factitatum est. Veri autem Scinci iam demùm in copia afferuntur ex Alexandria AEgypti, quos à Materialistis expetant Pharmacopolæ in posterum.*

POLLET contra vesicæ & renum imbecillitatem; iis etiam auxilio est, qui vrinam reddere nequeunt; venerem stimulat, eamque certa de caussa cessantem, haud segniter restituit.

Diasatyrion aliud D. Mesuæ.

℞. Secacul albi & mundi, & elixati in decocto cicerum quorum prima aqua

aqua in qua decoquebantur, fit effusa ℔ j.

Testiculorum vulpis ʒ viij.
Radicis Raphani ʒ iij.
Radicis Luph plani ʒ ij.

Terantur hæ tres radices posteriores, & infundantur super eas lactis bubuli aut ouilli tantum, vt lac duos digitos emineat, adjiciendo Olei sesamini
Butyri recentis non saliti ana ʒ iiij.

Coquantur cum facilitate vsque ad consumptionem lactis, & donec omninò remollitæ sint radices & habeant iustam spissitudinem instar pultis crassioris: nam si aqueum quod in lacte & radicibus est, non consumatur, situm contrahit hoc medicamentum.

Posteà affunde omnibus hisce prædictis radicibus
Mellis despumati optimi ℔ vj.
* Succi Ceparum recentium ℔ j.

Coque omnia simul ad perfectam decoctionem, deinde ab igne depone, & insperge subsequentium specierum minutissimum puluerem: Caudarum Scinci cum renibus & sumine ʒ j.

Seminis Erucæ — Zingiberis
Been albi — Been rubri
Linguæ auis [*id est, seminis fraxini arboris.*]
Seminis nasturtij — Cinnamomi
Piperis longi — Seminis Bauciæ
Seminis napi
Pulpæ seminis asparagi maximè recentis

centis ana ʒ iiij.
Confice cum eis: vltimò verò adiiciantur subsequentia.
* Pinearum mundatarum ℔ j.
Fisticorum [. i. *Pistaciorum mundatorum*] ʒ x.
* Cerebellorum passerum ʒ ij.
Confice & misce omnia optimè, & aromatiza cum
Moschi boni ʒ j.

RADICIS *Raphani, videlicet satini, quam vocamus* Rettich.

LVPH *planum*] *Duplex est* Luph *(id est, Serpentaria) crispum scilicet & planum: Crispum folia habet dimisa & crispa: Planū verò lata & plana veluti Aron, vnde vtrique nomen inditum est; Vulgò autem apud nos caremus* Luph, *id est, vera Serpentaria: ideò eius loco accipiendæ sunt radices herbæ quam Aron vocant.*

A TESTICVLI *vulpis*] *hoc loco non sunt accipiendi testes animalis, dicti vulpes; sed radices Satyrij siue Orchios, quæ habent similitudinem testiculorum vulpium. Vnde etiam nomen herba accepit. quæ in re quosdam turpiter errasse scio.*

NAPVS *est paruum, oblongum, densumq; rapum cuius sunt species plures, Bayerisch rublein, Stechrublein, Merseburgisch & Bortfeldisch rublein.*

BAVCIA *est pastinaca satiua siue Carota, Gelbenmoren Germani vocant.*

FISTICVM *siue Phisticum, idem est quod Pistachium siue Pistacium.*

P. C.

P. C. SCHOL.

Testiculi vulpis hoc loco.] *Cordus hîc Orchin cum Satyrione confundit, vt ritè inquit Franciscus Alex. Quare orchios dictio delenda est.*

VALET ad erectionem virgæ, multiplicat sperma, & desiderium coëundi.

Theriaca D. Andromachi, ex Aëtio.

℞. Trochiscorum scylliticorum
ʒ xlviij.
Throchiscorum de vipera, seu Pastillorum Theriacorum
Trochiscorum Hedychroi Piperis nigri
Opij Thebaici recentis ana ʒ xxiiij.
Rosarum siccarum Scordij Cretici
Seminis Buniadis agrestis
Iridis Illyricæ
Agarici albi Pontici [*id est, in Ponto nati.*]
Cinnamomi Succi Glycyrrhizæ sicci
Opobalsami [*loco eius olei Caryophyllorum.*]
ana ʒ xij.
Myrrhæ Troglodyticæ
Croci Cilicij Zingiberis
Rheupontici [*id est, Rhabarbari.*]
Radicum Quinquefolij
Calaminthæ montanæ
Marrubij comarum
Stœchadis cacuminum & foliorum
Petroselini Macedon.
Costi recentis [*videlicet veri, non adulterini.*]
Piperis albi Piperis longi
Dictamni Cretici Thuris masculi
Schœnanthi [*id est, Iuncí odorati floris.*]

Te-

Terebinthinæ Chiæ [*.i. in Chio insula natæ.*]
Casiæ fistulæ [*videlicet Casiæ ligneæ veræ.*]
Spicæ Nardi ana ʒ vj.
* Gentianæradicis Polij comarum
Styracis calamitæ Seselios Massilienſis
A Abrotoni Seminis Thlaspios
Ammi Chamædryos comarum
Chamæpityos comarum
Hypocistidis succi
Malobathri foliorum
Spicæ Celticæ [*id est, Spicæ Romanæ.*]
Anisi Helladici [*hoc est cognomen Anisi, à regione, vbi optimum est.*]
Mei Athamantici [*vulgò Meu.*]
Fœniculi seminis
* Sigilli Lemnij [*aut eius pænuria Boli Armeni.*]
Chalcitidis semi assatæ
Amomi racemi Acori radicis
Phu Pontici [*accipe verum, quod in hortis colitur.*
Carpobalsami Hyperici cacuminum
* Acaciæ liquidioris Gummi vermiculati
Cardamomi ana ʒ iiij.
Dauci Cretici Galbani puri
Opopanacis Sagapeni Persici
Bituminis Iudaici [*id est, Asphalti.*]
Centaurij minoris comarum Castorij
Aristolochiæ tenuis ana ʒ ij.
Vini veteris odorati, quantum liquoribús & gummi dissoluendis satis fuerit.

Mellis

Mellis despumati optimi triplum. Hoc est ℔ xiiij. ʒ vj. vt sequetur paulo pòst.

Confice sic. Cinnamomum Crocumque (vt Aëtius vult) vnumquodque per se terito, & si voles etiam Rhabarbarum & Hedychroos Trochiscos: misce deinde inuicem optimè, posteà reliquas herbas ac radices, & omnia arida similiter tundito, semper similia cum suis similibus, aromata per se ac reliqua etiam per se seorsum. Posteà (vt Aëtium imitari est animus) Crocum, Casiam, Cinnamomum, & Lemniam terram in pila cum vino optimo tere atque vnito, ac reliqua omnia secundum artem addito, & melle despumato vniuersa excipito.

Ego verò ita præparare consueui simili ferè ratione:

℞. Piper nigrum Piper album
Piper longum Iridem Illyricam
Zingiber Costum
Amomum [*aut eius succedaneum.*]
Acorum Cardamomum Carpobalsamum.

Incidenda minutim concidito, & in minutissimum puluerem conterito, & per angustissimum cribrum excernito, posteà in scatula diligenter, ne expiret, extructa reponito, donec reliquis admisceas. Posteà

℞. Radices Quinquefolij Gentianam
Meon [*aut eius succedaneum.*] Phu

Dauci

Dauci Cretici radicem [*aut eius ſucceda-neum.*]
Ariſtolochiæ tenuis radicem Roſas
Trochiſcos ſcylliticos Scordium
Trochiſcos de vipera
Calaminthen montanam
Marrubij comas. Stœchadis comas
Dictamnum Creticum Schœnanthum
Polij montani comas Abrotonum
Chamædryos comas
Chamæpityos comas
Centaurij minoris comas, atque
Caſtorium, & ſemina omnia.

Concidito omnia minutim, teritoque in tenuiſſimum pnluerem, & per anguſtiſſimum cibrum excutito. Excuſſum puluerem prædicto quem repoſuiſti adjicito donec perfectè commiſti ſint, in mortario terito, adhibita diligenti cura, ne quid inter tundendum excernendumque pereat, aut temerè ponderi decedat: mox è mortario exemptum pnluerem iterum ne expiret reponito, vſque quò omnia conficiantur. Interea ℞ Agarici optimi albiſſimi, atque in longa rectaq; capillamenta fiſſilis, fruſta electa, ab his ſcobem deradito ʒ ij. ſed quia non facilè per ſe tunditur, neque etiam cum alijs, propterea quòd in puluerem volatilem reſolutus euaneſcit, ita vt multum ponderi eius decedat, ideò ab ſcobem Agarici prædictam infunde optimum vinum, & fac Trochiſcos

chiſcos minutos in tepida vmbra exiccandos : exiccatos minutiſſimè contundito, atque per cribrum excernito anguſtiſſimum : excreti deinde Agarici capepondus , quod requirit compoſitio, videlicet ʒ xij. & prædicto pulueri ſumma deligentia commiſceto : quo facto,

℞. Opium
Succum Glycyrrhizæ
Myrrham Acaciam
Gummi Hypociſtida.

Concidito omnia inminutas partes, & miſtis ſuperinfundito vini optimi quantum diſſoluendis atque eliquandis ſuccis ſatis fore conjeceris , exprimito: poſteà per rarum colum liqueſactam & modicè calefactam pulticulam colato, ita vt nihil præter ſordes in colo remaneat. Quòd ſi ſucci & liquores iſti ſordidi & ſurculis foliisque pleni fuerint, ponderi eorum aliquid addendum eſſe facilè æſtimare quis poteſt:quod in ſequentibus denſatis liquoribus etiam obſeruandum eſt. Deinde

℞. Galbanum
Opopanacum & Sagapenum. hæc affuſo optimo vino , modeſtè ſupra prunas diſſoluantur, & per rarum linteum fortiter exprimantur:his diſſolutis,

℞. Thus maſculum
Bitumen Iudaicum. terantur quàm minutiſſimè poterunt , addendo Terebin-

thinam & ſinceriſsimam, aut ex ſcobe ac ſordibus expreſſam Styracem, diſſoluantur lento admodum igne, cum mellis deſpumati ſufficienti copia, & ita calidam pulticulam poſtea cum reliquis calentibus miſceto, & diligenter rudicula agitato, ne rurſus in grumos concreſcant thus & bitumen, vbi refrixerint: quapropter aliquid de contuſorum puluere eſt admiſcendum.

Quod ſi hoc modo diſſoluere, & miſcere diffidas, bitumen & thus vnâ cum reliquis aridis tundito, & tantum Styracem atq; Terebinthinam diſſoluito, atque melli deſpumato calenti admiſceto.

his factis,

℞. Cinnamomum
Malobathrum [*aut eius ſuccedaneum.*]
Caſiam fiſtulam veram
Trochiſcos Hedychroi
Spicam Nardi Indicam, & ſimul tundito in tenuiſsimum puluerem:

Poſteà

℞. Crocum
Rheon ſiue Rhaponticum, id eſt, quod hodie Rhabarbarum vocatur, & vnumquodque ſeorſum tundito, deinde iis miſceto.

Trochiſcorum Hedychroi Cinnamomi
Caſiæ Spicæ Nardi
Croci & Rhei Pontici, pulueres, diligentiſsimè:

Poſteà

℞. Mellis optimi & aromatici, qua-

le è Lithuania Dantiſcum affertur: deſpumetur ſedulò, deſpumati poſtremò mellis ſume ℥ xiiij. ℈ vj. ex eo modicum infunde in amplum ahenum ex aurichalco factum, & inſperge paulatim commiſtos paulò ante Trochiſcorũ Hedychroi, Cinnamomi, Caſię, Spicæ, Croci & Rhei Pontici pulueres, alternis vicibus, mel deſpumatum tepidum, atque pulueres injiciendo: quæ diligentiſsimè interim piſtillo ligneo agitanda ſunt. Cùm hæc optimè fuerint commiſta, & floridũ puniceumq; colorem contraxerint, injicito Lemniam terram anteà ſubtiliſsimè per ſe, deinde cum vino tritam, & vnà etiam Chalcitida aſſatam, quam hoc modo aſſabis: Accipe puriſsimæ Chalcitidis circiter ℈ iij. eam in fictile non ita profundum injectam, ſupra prunas ponito, donec liquefiat & bulliat: deinde ab igne auferto, & abjicito id quod in ſuperficie durum eſt atq; rufeſcit, & ex medio eius ſume ℈ iiij. & cum vino tritam atq; diſſolutam medicamento admiſce. Poſteà paulatim etiam infundito tepefactos liquores & ſuccos quos anteà in vino diſſoluiſti, alternis vicibus, ſuccos, mel & reliquos pulueres, quos primò contriuiſti injiciens, & admiſce Styracem Terebinthinamq; & Opobalſamũ, ita vt omnia exactiſsimè admiſceantur, atq; ſigillatim mel & pulueres cõmiſce donec vniuerſa vnita

& in vnam ſubſtantiam redacta ſint, aſſiduè agitando, ne grumi aliqui relinquantur, aut nodi.

Poſtquàm verò optimè totam confectionem miſcueris, indito in vas ex denſa materia factum, videlicet ex plumbo albo, quod hodie ſtannum appellant: oportet verò vt tertia aut quarta pars vaſis relinquatur vacua, vt efferueſcens medicamentum attollere ſe queat, nec effluāt. Reponendum autem eſt hoc medicamentum, donec ferueſcat in tepido & ſicco loco: poſtquam verò ſubſederit, in frigido & ſicco loco conſeruandum erit. Porrò ego hac ratione præparaui Theriacen: alij verò paulò aliter conficiunt. Sed omnium peſſimè faciunt qui ſuccos & liquores & reliqua omnia ſimul tundunt, & poſteà tuſum puluerem impuro melli incoquunt. Animaduertendum etiam eſt, ne vini plus quàm opus ſit liquoribus & ſuccis diſſoluendis adfundatur. Nam ſi vltra modum vinum ſuccis addatur, ſitum contrahet Theriaca: propterea etiam non conſueui Caſiam, & Crocum, & Cinnamomum vino permiſcere, ſed mel. nam aquoſius eſt vinum noſtrate: quod intelligentes quidam ex recentioribus, qui de Compoſitis medicamentis ſcripſerunt, iubent pro vino accipere coctum muſtum, hoc eſt, ſapam, paſſum aut defrutum, quibus tamen non aſſentior. Nam hæc vina

ſunt

sunt spissiora, quàm vt in eis concreti atque densati succi, & liquores dissolui queant. Nam eius tantùm rei gratia vinum Antidoto huic permiscere soliti sunt veteres, quos & nos imitabimur.

Hæc descriptio est sumpta ex Aëtio: paulò post ponetur ea quam transtuli ex Græco carmine Andromachi senioris.

VIPERAE *serpentes sunt in Italia; inde facti ex eis Trochisci petendi sunt.*

TROCHISCHI *Hedychroi, inferiùs in Trochiscis diseribentur.*

PIPERIS *nigri. Andromachus senior qui inuentor est huius compositionis, hoc loco habet* PIPER *longum, in Carmine Elegiaco Græco.*

SCORDII *Cretici. Optimum Scordium nascitur in Creta insula: nos interim nostrate vtamur, satis efficaci. Porrò verum Scordium herba est Chamædry similis, odore aliquo allij, & nullo modo allium siluestre, vt hactenus magno errore crediderunt: nascitur in Saxonia quemadmodum & circa Nurembergam.*

BVNIAS, *id est, Napus: quid verò sit Napus, dictum est in Diasatyrio Mesuæ & antea etiam.*

MYRRHAE *Troglodyticæ. Troglodytæ populi sunt Arabibus vicini: apud quos optima nascitur Myrrha.*

OPOBALSAMO *vero carentes, eius loco accipiendum est succedaneum aliquod, veluti est oleum Caryophyllorum.*

CROCI *Cilicij, id est, in Cilicia Asiæ regione nati: & idem est quod Crocus Orientalis.*

RHAPONTICVM *hoc loco significat* Rhabarbarum: *nam magna illa radix quam hodie* Rhapontic*um vocant, falsò hoc nomen habet.*

COMAE *sunt folia & flores plantarum.*

PIPERIS *longi. Andromachus senior hoc loco habet* PIPER *nigrum; Iunior verò Andromachus, id est, Senioris filius, ordinem nigri & longi piperis inuertit, quem in hac compositione sequimur: paulo post etiam Senioris Theriacen adscripturi.*

DICTAMNVS *Creticus folia habet alba, lanugine obducta, gustu acria vt Thymus: affertur rursum ex Creta insula ad nos.*

CASIA *fistula hoc loco significat Casiam ligneā veram, quæ iam iterum affertur, estq; Cinnamomo similis.*

POLIVM *montanum duplex est: vnum pluribus surculis fruticosum, ac humi sparsum: alterum candidius & rectius se attollens. Maius nascitur apud nos; minus affertur ex monte Pessulano, & hæ sunt veri Polij species, & totam hiemem virent, vt Lauendula aut Thymus. Vulgò non habuerunt verum Polium Pharmacopolæ vsque ad hoc tempus.*

STYRAX, *id est, Storax calamita: accipienda autem est hoc loco purissima eius resina in micas concreta.*

SESELI, *id est, Sileris montani. dicitur autem Massiliense, à prouincia Massiliensi, in qua prouenit optimum.*

THLAPSI *est species agrestis Nasturtij, quæ passim nascitur secus vias, semine rufo, sapore acri & glutinoso: quod vt habeant diligenter curent:*

currunt Pharmacopolæ ; vocatur Germanicè Wegecressen.

CHAMAEPITYS vera est Iua : herba est tenuibus foliis, floribus paruis & luteis : nascitur copiosè ad Rhenum in Franconia in vineis & agris quiescentibus, præsertim Spiræ, Wormaciæ, & Wirtzburgi, & aliis locis

MALOBATHRVM est folium Indum, cuius succedaneum est Spica tàm Indica quàm Celtica.

MEV, seu potius Meum non habemus : loco eius sumimus Seseli Creticum, id est, Berwurtz, aut potius Sison hoc loco: inferius enim sequitur Daucus Creticus.

SIGILLVM Lemnium, id est, terra Sigillata, quæ signatur in Lemno insula, in qua effoditur hæc terra, in cuius defectu sumatur bolus Armenus Lenanticus.

CHALCITIS hodie non à quouis cognoscitur: est autem vitrioli natiui species. hac qui carent, accipere possunt vitriolum viride optimum, quale est Goslarianum in Saxonia. Porrò Andromachus mihi videtur Chalcitida Theriacæ miscuisse, nigri coloris gratia: qui color ab omnibus in Theriaca requiritur sine aliqua ratione. Mihi itaque videtur non necessario, eam addi. Nã horribili & æruginoso sapore totam compositionem inficit. At cùm ego aliquando in Theriacæ compositionem non adiecissem Chalcitida, saporem gratiorem acquisiuit hoc medicamentum. Consulantur igitur hac de re Doctores Medici.

AMOMO vero caremus: eius loco accipimus Carpesium aut Acorum verum, id est, nostrum Calamum aromaticum.

ACORVS *verus, est illa radix quam hodiè falsò vocant Calamum aromaticum.*

ACACIA, *succus est fructus ex arbore, è qua distillat gummi Arabicum, loco cius accipimus silvestrium Prunellorum succum inspissatum.*

GVMMI *vermiculati, id est, Arabici gummi, quod concretum est in grumos vermium figura.*

DAVCI *Cretici vice accipere licet Seseli Creticum, id est Berwurtz, videlicet radicem eius.*

SAGAPENVM *hodie vocant Serapinum, quod in Persida optimum provenit: Senior Andromachus Sagapeni habet* ʒ iiij.
Innior verò tantum ʒ ij.

ARISTOLOCHIA *tenuis, id est, Aristolochia nostra longa vulgaris.*

P. C. SCHOL.

A Abrotoni] *hanc dictionem, in Aëtio à Cornario verso, non reperio.*

B Rhaponticum] *Idipsum à Rhabarbaro differre alibi diximus. Radix autem illa magna quæ Rhapontici nomine in officinis passim prostat, Centaurium magnum Dioscoridis est.*

Chalcitis.] *Chalcitida commodè ac necessariò semper Theriacæ immiscendā esse, vnà cū L. Fuchsio, & Franc. Apolline censemus. Simulq; somnium esse, æruginosum & horridum eius saporem in Theriaca præ cæteris persentiri, vt imaginantur nonnulli, scimus & dicimus. rationibus autē hæc aliaq; quæ scholijs profero, confirmare, compendij egestas cùm non permittat, in nostrum opus, si fauerint Superi, ea omnia asseruantur.*

Theriaca in omnibus antidotis ob multi-

multiplicem vſum potiores partes obtinet. Eſt enim famoſa & ſalubris contra genera ægritudinum plurima: valet enim ad grauiſſimas paſſiones totius corporis humani: Epilepticis, catalepticis, apoplecticis, cephalalgicis, ſtomachicis, hemicranicis prodeſt. Ad raucedinem vocis, & conſtrictionem pectoris optima eſt: arteriacis, aſthmaticis, hæmoptoicis, ictericis, hydropicis, peripneumonicis, ilioſis, & vulnera in inteſtinis habẽtibus. Nephriticis, calculoſis & colicis ſubuenit: menſtrua educit, & fœtũ mortuũ expellit: lepras, & variolas, & frigus periodicũ, & cæteras paſſiones inueteratas emẽdat. Præcipuè cõtra omnia venena & ſerpentium morſus & reptilium valet. Sed diuerſa eſt eius doſis pro quãtitate & qualitate vniuſcuiuſque paſſionis. Omnem defectionem ſenſuum releuat. Cor, cerebrum, hepar, ſtomachum confortat, totum corpus incorruptum ducit & cuſtodit.

Theriaca Andromachi Senioris, è carmine eiuſdem elegiaco tranſlata.

℞. Trochiſcorum Scylliticorum
ʒ xlviij.
Trochiſcorum Theriacorum
Piperis longi
Liquoris Papauerini [*id eſt, Opÿ.*]
Magmatis Hedychroi ana ʒ xxiiij.
Foliorum Roſarum ſiccarum

Iridis Illyricæ [*id est, Ireos.*]
Cyancæ Glycyrrhizæ
Seminis Buniadis [*id est, Napi, vulgò Beyerische rublein.*]
Scordij
Liquoris Balsami [*loco cuius oleum Caryophyllorum.*]
Cinnamomi Agarici ana ʒ xij.
Myrrhæ Costi Croci Coricij
Casiæ [*id est, Casiæ lignea veræ, aut succedanei eius.*]
Nardi Indicæ
Iunci Arabici [*id est, Schœnanthi.*]
Thuris [*videlicet masculi & electi.*]
Piperis candidi Piperis nigri
Comarum Dictamni [*id est, foliorum & florum Dictamni Cretici veri.*]
Marrubij
Rhei [*.i. quod hodie vocatur Rhabarbarum.*]
Stœchadis
Petroselini [*id est, seminis eius.*]
Calamithæ [*.i. Calaminthi montani tenuifolij.*]
Lachrymæ terebinthi Libystiadis.
Zingiberis
Quinquefolij [*.i. radicum eius.*] ana ʒ vj.
Polij [*videlicet montani & albi, quod è Lugduno affertur.*]
Chamæpityos (*ctæ.*]
Styracis [*i. Styracis calamitæ sinceræ &* ele-
Mei [*quod vulgò Meu vocatur.*]
Amomi racemosi [*aut succedanei eius vt suprà.*]

Nardi

Nardi Galaticæ [*id est, Celticæ.*]
Rubricæ Lemniæ [*id est, terræ sigillatæ veræ, aut Boli Armeni, vt suprà.*]
Phu Pontici
Chamædryadis Creticæ [*.i. Chamædryos veræ.*]
Foliorum Malobathri [*eius loco ponatur Macis.*]
Chalcitidis toſtæ
Radicis Gentiadis [*id est, Gentianæ*]
Aniſi Succi Hypociſtidis
Fructus Balſami [*id est, Carpobalſami, pro quo etiam ſuccedaneum ſumatur ſicut ſuprà facta est mentio.*]
Gummi ſplendidi Seminis fœniculi
Cardamomi Indici [*id est, minoris.*]
Seſelios tenuis
Lachrymæ nigræ ſpinæ
Thlaſpios Hyperici Ammios
Sagapeni ana ʒ iiij.
Caſtorei Ariſtolochiæ tenuis
Seminis Dauci Bituminis
Liquoris panacis [*id est, Opopanacis*]
Centaurij [*videlicet minoris.*]
Chalbanidis pinguis [*id est, Galbani recentis & puri*] ana ʒ ij.
Confice cum vino & melle. Hactenus Andromachus.
Vini autem tantum accipias, quantum liqnoribus & ſuccis diſſoluendis ſatis fore cõnieceris, vt proximè dictum eſt. Mellis vero optimi accipe ℔ xiiij. ℥ iij. ita detrahis Mellis ℥ iij. de priori Thetiaca,

riaca, quia huic desunt Abrotoni & Acori ana ʒ iiij.

Confice autem & hanc Theriacam vt proximam.

Andromachus Neronis medicus, primùm condidit medicamentum hoc, eique declarationem heroicis carminibus descriptã, nuncupauit. Sed Galenus mutata forma, compositionem reddidit meliorem.

TROCHISCI Theriaci, *sunt Trochisci de vipera siue de Thiro, vt hodie vocant.*

MAGMA *hedychroum, id est, Trochisci hedychroi, quos Auicenna vocat Alinda racaron : quorũ compositionem in tractatu de Trochiscis inquire.*

CYANEAE, *id est, Cæruleæ vel nigræ Glycyrrhizæ, seu, vt hodie vocant, Liquiritiæ, quæ nigrum colorem habet, Intelligit autem Andromachus succum Glycyrrhizæ.*

CROCVS *Coricius, id est, in Corico Siciliæ monte nati, hoc est, Croci Orientalis.*

LACHRYMAE Terebinthi *Libystiadis, id est, Resinæ Terebinthinæ Libycæ, in Libyâ Aphricæ regione natæ. eius loco nos accipere possumus Laricis resinam, quæ vbique in Germania Terebinthina impropriè vocatur.*

MEI *loco, quo caremus, possumus accipere Seseli Creticum, id est, Berwurtz, aut semen nigrum & odoratum, quod hodie vocant impropriè Amomum, veteres autem Sison.*

PHV *Ponticum, non est Valeriana vulgaris, sed ea herba quæ in Hessia vocatur Theriacskraut, vel Gartenselinnck.*

MALOBATHRVM *non habemus : eius*

loco

loco accipe Spicæ Romanæ radiculas, vel Spicæ Romanæ & Macis ana partes æquales, vt Arabes præcipiunt, vel Caſiam ligneam veram.

RADICIS Gentiadis, id eſt, Gentianæ, à Gentio Illyrici rege ſic appellatæ, qui eam primùm inueniſſe creditur.

GVMMI ſplendidi, id eſt, mundi, ſinceri & tranſlucidi, videlicet Gummi Arabici cognominati.

NIGRA vel cærulea ſpina, eſt arbor quæ aliàs dicitur ſpina AEgyptia ex qua manat gummi Arabicum. Per lachrymam verò eius Andromachus intelligit ſuccum eius, qui Acacia vocatur, & ſit ex fructu ſiliquacis huius ſpinæ. eius loco accipimus ſuccum Prunellorum agreſtium.

SESELI tenue, eſt Seſeli Creticum, quod ex omnibus ſpeciebus Seſelios minimum & tenuiſſimum eſt. Germanicè vocatur Berwurtz, poteſt tamen etiam vulgare intelligi.

DAVCVS, id eſt, Daucus Creticus, hoc loco eius vice accipe ſemen Pimpinellæ noſtratis, aut radices Seſelios Cretici: nihil enim refert, quòd bis accipiantur in hanc compoſitionem. eſt autem Seſeli Creticum, quod Germ. vocatur Berwurtz.

ARISTOLOCHIA tenuis, eſt illa quæ apud nos naſcitur, longa cognomento, cuius radices gracilitate ſua & longitudine imitantur ſarmenta vitium.

Theriaca Diateſſaron D. Meſuæ.

℞. Gentianæ Baccarũ lauri Myrrhæ Ariſtolochiæ rotundæ ana ʒ ij. Mellis deſpumati optimi ℔ ij. id eſt, ʒ xxiiij.

DIA-

DIATESSARON, *hoc est; ex quatuor simplicibus composita.*

ARISTOLOCHIA *rotunda, non est illa radix quam nos Holwurtz vocamus: sed alia multò maior & tuberosa, intus solida, colore buxi flauo, odore & sapore similis Aristolochiæ longæ nostrati. Affertur ex Italia & Heluetia.*

THERIACA antidotus Diatessaron ad affectus frigidos, tum cerebri, vt epilepsiã, paralysim, spasmum cynicum: tum ventriculi, vt inflationem, & ab ea dolorem, tardam coctionem: tum denique hepatis, vt hydropem, cachexiam, obstructionem. Præterea à morsui Scorpionis, & potioni veneni confert.

Mithridatium ex Damocratis Græco carmine in Latinam linguam translatum.

℞. Myrrhæ Arabicæ Troglodytidis
Croci Agarici Zingiberis
Cinnamomi Spicæ Nardi
Thuris [*videlicet electi.*]
Thlaspios ana ʒ x.
Seselios
Opobalsami [*aut oleum Caryophyllorum.*]
Schœni [*id est, Squinanthi, vt hodie vocant.*]
Stœchadis Terebinthinæ Chalbanæ
Costi [*videlicet veri & aromatici*]
Piperis longi Castorei Pontici
Succi Hypocistidis Styracis bonæ
Opopanacis
Folij Malobathri recentis [*aut succedanei*

eius] ana ʒ viij.
Caſiæ nigræ [*ligneæ aut ſuccedanei eius.*]
Polij Piperis albi Scordij
Seminis Dauci Cretici
Fructus Balſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Cypheos
Bdellij ana ʒ vij.
Nardi Celticæ purgatæ Gummi
Petroſelini [*id eſt, ſeminis eius.*]
Opij papaueracei
Cardamomi Seminis Fœniculi
Gentianæ Foliorum Roſarum
Dictamni Cretici ana ʒ v. boni ponderis.
Aniſi Arij
Acori [*ſiue Calami aromatici.*]
Phu Sagapeni ana ʒ iij.
Mei Athamantici Acaciæ
Ventris Scincij [*videlicet veri.*]
Fructus Hyperici [*id eſt, ſummitatum eius.*] ana ʒ ij. ß.
Vini quantum ſufficit
Mellis menſuram conuenientem.

VINI *quantum ſufficit, id eſt, quantum ſatis eſt ſuccis & liquoribus diſſoluendis.*

MELLIS *menſuram conuenientem. in Græco eſt* σύμμετρον, *quod idem ſignificat. ſint autem mellis optimi odorati & deſpumati* ℔ ix. ʒ viij. ʒ ij.

CYPHI *ſunt Trochiſci qui ad odorem ſuffiuntur. eius compoſitio habetur in tractatu de Trochiſcis.*

NARDVS *Celtica, eſt Spica Romana. Purgatæ, id eſt, à paleis, terra & ſordibus mundatæ. Radices*

ta. Radices eius tantùm debent accipi.

ARII, *in Græco est* Ἀρείου *id est, Arii, quod nomen apud nullum alium auctorem in Mithridatio scriptum inuenitur. Intelligit autem Democrates per Arion, siue Arium, Aron, id est, Arum, quantum ego ratiocinari possum: nam Aron egregiam facit contra venenata medicinam.*

ACACIA *vera caremus. accipe ergo loco eius succum Prunellorum siluestrium, diligenter spissatum; aut alium quendam, quem Doctores substituent. Nos inferius ponemus Acaciam succedaneam.*

P. C. SCHOL.

Ari.] *Asari potius legendum esse, ex Græcis nonnullis exemplaribus, existimo.*

MITHRIDATICVM proximum est in qualitate & virtute Theriacæ, & parum differunt: nisi fortè quòd Theriaca est parum calidior & potentior contra venena serpentum. Curat omnes passiones capitis virorum vel mulierum, si fuerint ex frigiditate, & maximè melãcholicis & timidis, epilepticis & hemicranicis confert, & dolorem supercilij patientibus, & lachrymantibus oculis, & ad omnia capitis vitia vel aurium subuenit. Dentium doloribus & palato, & omnibus vitijs oris maxillarum medetur, si super locum dolentem ponatur, & itidem ad modũ emplastri ponatur in temporibus, vnde fit discursio. Synanchen soluit. Apoplecticis, tussiẽtibus, asthmaticis, hæmoptoicis, peripneumonicis & om-

& omnibus doloribus qui intra corpus humanum fiunt, succurrit: Iliacis, dysentericis, & lientericis confert; si detur cum decoctione balaustiorum: Extensionem humerorum, tetanos siue spasmos patientes, & paralyticos sine mora sanat: Diaphragmati & hypochondriis subuenit. Renibus & veficæ opitulatur. Calculos frangit. Menstrua prouocat, omniaque vitia matricis excludit: Arthriticam atque Ischiasim patientibus, & podagricis singulare præsidium est. Præcipuè datur contra venena omnia. Venenatos morsus siue rabidi canis seu cuiuscumque reptilis impositum siue bibitum, cum magna admiratione emendat. Quotidianariis & quartanariis etiam ante horam accessionis cum vino tepido datum mirificè prodest.

Mithridatium aliud, vt ex Cleopatra & Antipatro, Galenus & Aëtius exscripserunt.

℞. Myrrhæ ʒ vij. ß. ♋ iiij.
Nardi tantundem
Croci ʒ vij. ♋ iij.
Opij ʒ iiij. ♋ ij. ß.
Styracis ʒ v.
Cinnamomi ʒ vij. ♋ iij.
Castorei ʒ vj. ♋ j.
Polij ʒ vj. ♋ iij.

Scordij ʒ vij. ℈ iij.
Zingiberis tantundem.
* Costi ʒ vj. ℈ iij.
Piperis albi ʒ v. ℈ ij.
Piperis longi ʒ vj. ℈ iij.
* Seselios ʒ v. ℈ ij.
Abrotoni tantundem
Petroselini [*videlicet seminis.*] ʒ iiij.
Dauci seminis ʒ vj. ℈ iij.
Casiæ ʒ v. ℈ iij.
Thuris ʒ vj ℈ ij
Succi Hypocistidis ʒ vj. ℈ ʃ. ß.
Nardi Gallicæ ʒ iiij.
Fœniculi seminis ʒ iiij.
A Nardi Indicæ ʒ iiij.
Acori [*aut Calami aromatici.*]
Phu Pontici Sagapeni
Fructus balsami [*aut succedanei eius.*]
Hyperici
Iridis Illyricæ [*id est, Ireos.*] ana ʒ ij.
Rubricæ Lemniæ [*loco eius Bolus lenanticus.*] ʒ vj.
Lumborum Scinci [*videlicet veri.*]
Cypheos ana tantundem, id est, ʒ vj.
Acaciæ Gummi Cardamomi
Pelecini ana ʒ ij.
Thlaspios ʒ vj. ℈ iiij.
Gentianæ ʒ iiij. Anisi ʒ iij.
Rosarum siccarum ʒ iiij.
Mei Athamantici tantundem
Schœni [*id est, Squinanthi*] ʒ vj. ℈ iij.
Opopanacis ʒ vj.
Galbani ʒ vj. ℈ iij.

Opo-

Opobalſami tantundem [*cuius loco, vt ſupra, oleum Caryophyllorum.*]
Ariſtolochiæ [*videlicet rotundæ veræ*] ʒ ſ.
Hyſſopi ʒ iij.
Marrubij ʒ j.
Chamæpityos ʒ iij.
Libanotidis ʒ v.
Terebinthinæ ʒ vj. ↄ iij.
Mellis Attici quod ſufficit.
Vinum ne addas. Hactenus Cleophantus & Antipater.

Mellis autem deſpumati optimi & odorati ſume ad totam confectionem ℔ vij. ʒ vj. ʒ v j. vinum ne addatur præcepit Cleophantus, ideò in aceto ſunt diſſoluendi liquores concreti, vt Sagapenum, Opopanax & Galbanum: Confice ſecundum artem.

MELLIS *Attici nobis copia non fit: ideoque aliud, quod optimum fuerit recipiendum erit.*

Compoſitio hæc eſt valde mendoſa in ponderibus apud Aëtium: Apud Galenum verò eſt emendatior. Rurſum ſimplicium numero aliqua deſunt apud Galenum, quæ ex Aëtio confectioni huic reſtitui. Aëtius hunc Auctorem vocat Cleopatrum, Galenus verò Cleophantem.

ↄ *Hic character ſignificat obolum: eſt autem obolus pondus* ℈ ß. *ſcrupuli videlicet dimidium: itaque* vj. *oboli faciunt* ʒ j.

NARDVS *Indica hoc loco non ſignificat Spicam nardi Indicam, ſed Malobathrum, id eſt, folium Indum, quod nardi eſt ſpecies, & in India gignitur. Aëtius propterea hoc loco pro*

Nardo Indica habet Phyllon, id est folium Indum, cuius loco accipe Casiam ligneam veram, quæ Cinnamomo est similis, aut Macis & radicum Spicæ Romanæ ana ʒ ij

* ACORI, *id est, radicis quæ nunc impropriè vocatur Calamus aromaticus.*

PELECINI. *i. seminis eius: in eius penuria accipe semen Nigellæ agrestis & cornutæ: est autem omnino similis veræ Nigellæ: nascitur in agris.*

LIBANOTIS *hîc non significat Rosmarinum, sed Angelicam silvestrem minorem. Nam plures sunt Libanotidis species. Semen autem eius accipi debet, quod Cachrys vocatur.*

P. C. SCHOL.

A Nardi Indicæ.] *Galenus & Aëtius hîc non Nardi Indicæ, sed Fol. Malobathri legunt.*

Mithridatium D. Andromachi.

℞. Glycyrrhize ʒ vij. ß. ℈ iiij.
Opij ʒ iiij. ℈ ij.
Castorei ʒ vj.
Polij ʒ v. ℈ ij.
Costi ʒ v. ℈ ij.
Nardi spicæ ʒ vj. ℈ ij.
Casiæ [*videlicet veræ*] ʒ v. ℈ ij.
Thuris ʒ vj.
Seselios ʒ v. ℈ ij.
Succi Hypocistidis ʒ vj.
Acori [*id est, Calami aromatici.*] ʒ ij.
Scordij [*videlicet veri.*] ʒ vj. ℈ ij.
Folij [*loco eius sumatur Macis.*] ʒ iiij.
Gallij ʒ v. ℈ iij.
Cypheos ʒ vj. ℈ ij.

Myr-

Myrrhæ ʒ vj.
Croci ʒ vij. ß ij.
Cinnamomi ʒ vij. ß ij.
* Styracis [*videlicet optimæ.*] ʒ v. ß iiij.
Dauci seminis ʒ vj. ß iij.
Zingiberis ʒ vij. ß ij.
Phu Pontici ʒ ij.
Petroselini [*videlicet seminis.*] ʒ iiij. ß iij.
Nardi Gallicæ ʒ iiij.
Fœniculi seminis ʒ iiij.
Nardi Indicæ ʒ iiij.
Hyperici ʒ ij.
Acaciæ ʒ ij.
Gentianæ ʒ iiij.
Anisi ʒ iij.
Thlaspios ʒ vj. ß iiij.
Mei Athamantici ʒ iiij.
Rosarum siccarum ʒ iiij.
Gummi [*videlicet Arabici*] ʒ ij.
Cardamomi ʒ iiij.
Schœni [*id est, Squinanthi.*] ʒ vj. ß ij.
Opopanacis ʒ vj. ß ij.
Opobalsami [*sive olei Caryophillorum.*] ʒ vj. ß iiij.
Galbani ʒ vij.
Scinci [*videlicet veri.*] ʒ ij. ß ij.
Terebinthinæ ʒ vj. ß ij.
Vini Chij quod sufficit.
Mellis Attici cocti quod sufficit, hoc est, l' vj. ʒ iij. ʒ ij.

FOLIVM *duas res significat: folium Nardi*

videlicet, aut Malobathrum, quod hîc recipiendum est.

GALLION *herba est multis minimisq; floribus luteis & odoratis: est autem species Aspergulæ: Germanicè vocatur* Ranritzen.

NARDVS Indica *hoc loco non significat Malobathrum, id est, folium; sed radicem Indicæ nardi: nam nardi partes tres olim in vsu fuerunt, videlicet radix, folium & spica. anteà vero præcepit in hanc compositionem sumendam esse Spicam nardi, &* Folium, *id est,* Malobathrum: *ideò necessariò hoc loco per* Indicam nardum *intelligit radicem Indicæ nardi.*

Esdræ antidotus ex Aëtio,

℞. Amomi ℈ xij.
Florum iunci odorati [*id est, florum Schœnanthi, eorum loco sume summitates Schœnanthi.*] ʒ ix.
*Pyrethri ʒ vj.
Croci ℈ xxxvj.
Cinnamomi ℈ vj.
Myrrhæ trogloditicæ ℈ xij.
Styracis calamitæ ℈ xviij.
Petroselini ℈ iij.
Seminis Dauci ℈ iij.
Tragacanthæ ℈ vj.
Succi Hypociſtidis ℈ ix.
Iridis Illyricæ [*id est, Ireos,*] ℈ xv.
Seminis fœniculi ℈ vj.
Bdellij ℈ ix.
Thuris ʒ j.
Sulphuris viui ℈ vj.

Seminis

Seminis Hyoscyami albi ℈ xxvij.
Casiæ ligneæ [*aut succedanei eius.*] ℈ ix.
Seminis papaueris ℈ xxx.
Spicæ Nardi ℈ xij.
Seminis Rutæ ℈ iij.
Seminis Ocimi ℈ iij.
Rhois Culinarij ℈ lv.
Seminis Anethi ℈ vj.
Asari [*id est, radicum eius.*] ℥ j.
Seminis Cardamomi ℈ vj.
Opij ℈ xxvij.
Euphorbij ℈ vj.
Piperis nigri ℈ xxx.
Rosarum siccarum ℈ ix.
Phylli [*id est, Folij.*] ℈ xij.
Opobalsami [*siue olei Garyophyllorum*] ℈ xxiiij.
Ventris mergi ℈ vj.
Iaceæ ℈ xij.
Lycij Indici ℈ xij.
Garyophylli ℈ xij.
Stercoris reperti in aluo mergi ℈ vj.
Rheu Pontici [*.i. Rhabarbari.*] ℈ xij.
Mei Athamantici ℈ vj.
Floris Nerij ℈ iiij. ß.
Terræ Cimoliæ ℈ xij.
Succi Artemisiæ ℈ xx.
Foliorum Seridis [*.i. Cichoreæ.*] ℈ ix.
Spicæ Celticæ ℈ xij.
Castorei ℈ iij.
Costi ℈ xij.
Gentianæ ℈ xij
Confectionis Hedychroi ℈ ix.

Anisi	℈ vj.
Sisonis	℈ xviij.
Thymiamatis ammoniaci	℈ xij.
Foliorum citri	℈ xij.

Vini veteris odorati quantum satis fuerit succis & liquoribus resoluendis. Mellis despumati optimi, vt Aëtius scribit interprete Cornario, libras v. aut vj. Sed nos singulis specierum vnciis ternas vncias mellis adjiciemus. itaque sume mellis despumati odorati quàm optimi ℔ vj. ℥ vij. ʒ ij. ß.

Arida omnia minutissimè contundito.

Opium verò & Myrrham, Hypocistidem, Bdellium, Lycium, Ammoniacum in vino dissoluito. Tragacantham deinde seorsum per se affuso vino dissoluito. Deinde omnia simul misceto, addendo etiam despumatum Artemisiæ succum. In vniuersum hanc confectionem eodem modo conficies, quo Theriacam, & eodem modo dimittenda est vt efferuescat, non omnino repleto vase.

NICOLAVS *Alexandrinus duas habet Esdræ compositiones, alteram magnæ, alteram verò Hispaniensis cognomento: sed quia confusæ & indigestæ tantùm sunt moles, & numerosis, & nulla harmonia coëuntibus simplicibus constant, ideò nolumus eas hîc ascribere, his duabus eius receptis paulò exactius compositis contenti.*

RHOIS *Culinarij, id est, Sumach, videlicet pulpæ eius sine osseis seminibus.*

PHYL-

PHYLLI, *id est, Folij; cuius loco pone Spicæ Romanæ, Macis ana* ℈ *vj.*

TERRA *Cimolia; eius loco accipe Bolum verum præparatum.*

SISON *est semen illud nigrum quod apio simile est, & vocatur impropriè Amomi semen.*

THYMIAMA *Hammoniacum, id est, Gummi Hammoniacum, quod vocant Ammoniacum.*

VENTRIS *Mergi, id est, Stomachi auis Mergi. Germanicè vocatur ein Taucher.*

NERION, *id est, arbor Oleander, pro cuius floribus accipe radices Vincetoxici. Legitur etiam in Aëtio rosarum Rhododaphnis; sed idem est quod flos Nerij: ideò alterum tantùm eorum posuimus.*

Mirificè contra lethalia venena prodest, alioſque vſus multos habet, quos apud Aëtium libro 13. cap. 101. Paulum lib. 7. cap. 11. Actuar. in libro De compoſit. medica. reperies.

Eſdræ Antidotus ex Actuario.

℞. Mameræ ℥ j.
Amomi [*eius loco ſume noſtrum Calamum aromaticum*] ℥ ij.
Iunci odorati [*id est, Squinanthi.*] ℥ ß.
Pyrethri ℈ viij.
Croci ℥ j.
Myrrhæ ʒ iiij.
Styracis ℥ ß. ℈ ij.
Petroſelini ℈ iiij.
Tragacanthæ ℥ j.

Succi Hypociſtidis ʒ iiij.
Ireos ʒ ß. ∂ ij.
Seminis fœniculi ʒ j.
Folij [*aut ſuccedanei eius.*] ʒ iij.
Radicis Ponticæ [*id eſt, Rhabarbari.*]
Roſarum ſiccarum Glycyrrhizæ
Florum ſilueſtris Punicæ
Cinnamomi ana ʒ iij.
Nardi Celticæ ʒ j.
Mellis deſpumati ℔ vj. ʒ ix. ʒ viij.

Myrrham & Hypociſtidem in vino diſſolue modico; Tragacantham verò per ſe etiam diſſolue, & confice ſecundum artem. Actuarius ponit abſurdum conficiendi modum, quem non ſequimur.

Mameræ loco ſume Doronicum Romanum.
Florum ſilueſtris Punicæ, i. florum Balauſtiorum.

CONDITA.

Caro Citri Cortices Citri Flores Citri
Arantia integra Cortices Arantiorum
Flores Arantiorum Limones

Limones conditi frequenter pro Chebulis conditis venduntur. Sed facilè deprehenditur dolus. Nam chebuli vnum tantum magnum & lignoſum habent nucleum, Limones verò multa ſemina, &c.

Chebuli Myrobalani
Bellerici Myrobalani
Emblici Myrobalani
Citrini Myrobalani
Indi Myrobalani

Omnes

Omnes quinque Myrobalanorum ſpecies iam afferuntur ex India conditæ.

Nuces moſchatæ integræ vt ex India afferuntur.

Iuglandes Citonia Meſpila
Pyra moſchatella Ceraſa
Pruna ſilueſtria Garyophylli
Piper in racemis vt ex India affertur.
Calamus aromaticus [*id eſt, verus Acorus.*]
Galanga Zingiber Enula campana
Secacul [*id eſt, Siſer: Germanicè Gritzelmorn, Clingelmorn.*]
Eringium
Pimpinella [*noſtra.*]
Crethami [*agreſtis radix.*]

CRETHAMVS *agreſtis herba eſt Eringij propemodum folijs: Germanicè vocatur Sichelmoren & Sichelkraut: naſcitur in agris pinguibus.*

Omnia diligenter Saccharo clarificato condiantur ſecundum artem.

CONSERVÆ.

Anthos [*id eſt, flos Roſmarini.*]
Boraginis Bugloſsi
Cichorij Fumi terræ Lauendulæ
Maioranæ Meliſſæ Menthæ
Nymphææ ſeu Nenupharis
Primulæ veris. *Primula veris, idem eſt quod herba Paralyſis.*
Roſarum Pæoniæ
Violarum Cardui benedicti
Lilio

Liliorum conuallium
Florum tiliæ Euphragiæ
Sambuci Hyſſopi Acetoſæ
Betonicæ Scabioſæ Saluiæ

Flores minutiſſimè incidantur, & ſingulis libris florum addantur Sacchari albiſſimi libræ duæ, videlicet qui humidi & mucilaginoſi fuerint, vt Boraginis, Bugloſſi, &c. Siccioribus verò, quales ſunt Anthos, Lauendulæ, Maioranæ, Meliſſæ, Saluiæ, Menthæ & ſimilibus, addantur Sacchari albiſſimi libræ duæ & ſemis.

Diacitonium ſimplex.

℞. Carnium Citoniorum vapore aquæ dulcis reſolutorum, & ad ſpiſsitudinem coctorum, Sacchari albiſsimi deſpumati, & ad ſpiſsitudinem iuſtam cocti ana ℔ viij.

Coquantur ad ſolidam conſiſtentiam, & extendatur in tabulam feruens maſſa, refrigerata in partes incidatur. Quidam octo ℔ carnium Citoniorum, addunt ſex ℔ Sacchari clarificati.

Poteris etiam ita facere.

℞. Citoniorum excorticatorum & ab interioribus mundatorum ℔ viij. Sacchari clarificati ℔ iiij. Coque Citonia ſuper vaporem aquæ dulcis: deinde vnà cum Saccharo ad iuſtam ſpiſsitudinem coque.

Peculiare remedium eſt fluxus, vel vo-

vomitus : quoniam ſtipticat & corroborat membra collapſa, debilia. Confortat ſtomachum, virtutem retentiuam & digeſtiuam: & ſummopere excitat guſtum. Sed ad fluxum datur ante cibum & ad vomitum compeſcendum poſt cibum.

Diacitonium compoſitum D. Nicolai.

℞. Carnium Citoniorum comminutarum & coctura inſpiſſatarum ℔ iij.
Mellis deſpumati ℔ iiij.

Coquantur ſimul ad iuſtam conſiſtentiam, & poſtquam ab igne depoſueris antequam refrigerentur, inſperge ſubſequentes ſpecies in tenuiſſimum puluerem contritas.

Cinnamomi ℥ j. ß.
Zingiberis ʒ j.
Piperis
Galangæ ana ʒ ß.
Caryophyllorum
Nucis moſchatæ ana ʒ iij.
Spicæ Nardi Ligni aloës Macis
Cardamomi ana ʒ ij.
Zedoariæ ʒ j.

Extendatur tota maſſa in tabula marmorea prius roſacea aqua inuncta, in qua aliquid Moſchi diſſolutum fuerit.

Et quando vt aluum ſoluat conficere volueris, antequàm in tabula marmorea extendatur, in vnamquamque lib. adde

adde Scammoneæ ʒ ß. quæ bene trita ſubigatur compoſito.

MEI habet Nicolaus, ego potius conſulerem vt Saccharum loco mellis adderetur.

Quædam exemplaria habent Mellis lib. iij. Sed Nicolai exemplar, quod ad meas manus peruenit, habet lib. iiij. Nam neceſſe eſt etiam, vt ſpecies ſuum conſeruatiuum habeant.

Hoc eſt calidius & melius ad ea quæ diximus, reſoluit ventoſitates, remouet fœtorem corporis, reſtituit priſtinum colorem, & magis reſtaurat.

Diacitonium è ſucco Citoniorum.

℞. Succi Citoniorum deſpumati
℔ xij
Mellis optimi deſpumati
Sacchari albiſſimi clarificati ana ℔ ij.

Coquantur ſimul ad iuſtam ſpiſſitudinem: deinde ab igne remotis & adhuc tepentibus inſperge ſubſequentium ſpecierum puluеres minutiſſimè tritos, & per cribrum excuſſos.

℞. Cinnamomi
Nucis moſchatæ ana ʒ iiij.
Garyophyllorum Zingiberis
Galangæ ana ʒ ij.
Radicularum nardi Celticæ
Piperis nigri Ligni aloës
Macis Zedoariæ Cubebarum
Cardamomi ana ʒ j.
Confice ſecundum artem.

SY-

SYRVPI.

Syrupus de Duabus radicibus.

℞. Radicum Petroſelini
Radicum Fœniculi ana ʒ iiij.
Aquæ quantum ſufficit
Sacchari clarificati ℔ ij.
Coquantur ſecundum artem.

* VISCERA obſtructione laborantia reſerat.

Syrupus de Quinque radicibus.

℞. Radicum Apij Radicum Fœniculi
Radicum Petroſelini Radicum Ruſci
ARadicum Aſparagi ana ʒ iiij.
Aquæ quantum ſufficit.
Sacchari ℔ iiij.
Coquantur ſecundum artem.
CONFERT febribus pituitoſis, & bilioſis, & iis incipientibus.

P. C. SCHOL.

A Ana ʒ iiij. [*Sacchari quod in hunc Syrupum recipitur, perpenſa quantitate, nimiam non eſſe hîc radicum cuiusque vnciarum quatuor aſſumptionem indu-ſtriè Cordus exiſtimauit, Fuchſio quamquam ſecus videatur.*

Syrupus acetoſus ſimplex, ex deſcriptione Meſuæ.

℞. Aceti vini ℔ iij.
Sacchari clarificati in aqua ℔ v.

Co-

Coquantur ſecundum artem.

EST communis ad omnem materiam, digerit choleram, plegma & melancholiam, rationeque aceti attenuat craſſos humores, incidit viſcoſos, duros mollit, ineptos euellit, vbique penetrat, oppilationes aperit, prouocat vrinam, putredini reſiſtit, & corrigit malitiam humorum: idcirco in febribus peſtiferis iuuat: ſed ratione remiſſæ frigiditatis, tenues & ſubtiles humorū partes inſpiſſat adæquat calorem, refrigerat, viſcera lenit, & ſitim ſedat.

Syrupus Acetoſus compoſitus, D. Meſuæ.

℞. Radicum Fœniculi Radicum Apij
Radicum Endiuiæ ana ʒ iij.
Seminis Aniſi Seminis Fœniculi
Seminis Apij ana ʒ j.
Seminis Endiuiæ ʒ iiij.
Aquæ quantum ſufficit.
Sacchari optimi ℔ iij.
Aceti acerrimi ℔ ij.
Coquantur ſecundum artem.

BILEM craſſam & auulſu difficilem, ac pituitam incidit, terget: obſtructa hepatis, lienis, renum aperit.

Syrupus acetoſitatis Citri.

A ℞. Acetoſitatis mali Citrei per pannum deſtillatæ ℔ vj.
Sacchari albiſsimi ℔ iij.

Coquan-

Coquantur ſecundum artem.

RARO *habent Pharmacopolæ Syrupum acetoſitatis Citri verum: nam plerumque venditur pro eo Syrupus Citreorum conditorum. Porrò cùm quis bene conficere volnerit, oportet vt per ſiltrum aut pannum deſtilletur acetoſitas Citreorum, ſine vlla vi aut expreſsione, alioquin coagulatur, cùm refrixerit, Syrupus.*

P. C. SCHOL.

℞. Acetoſ. mali Citrei ℔ vj. &c.] ℔ vij. *Fuchſius, & Sacch. lib. v. legi vult. Verùm cùm Cordus in hac Syrupi deſcriptione Meſuem non ſequatur, vt conferenti liquebit, ſed ſuo Marte eandem deſcripſerit; fruſtra conqueritur, Fuchſius Meſues nomen inſcriptioni eius additum fuiſſe, vt & Syrupo de Agreſta, ſcriptoris vitio id factum fuiſſe hinc liquet; quare vtrobique idipſum à me deletum eſt.*

ÆSTVM ac feruorem bilis flauæ, febriumque ardentium & peſtilentialium mitigat, ſitim quoque vehementem reſtinguit.

Syrupus acetoſitatis Limonum.

℞. Acetoſitatis Limomum maturorum per ſiltrum deſtillatæ ℔ vj.
Sacchari albiſſimi ℔ iij.
Coquantur ſecundum artem.

VEHEMENTIVS infrigidat, & penetrat, quàm Syrupus acetoſitatis Citri, & valet contra putrefactionem, con-

tra vermes, vehementiam calorisfebrilis, & alios crudos humores.

Syrupus Aranciorum acetoſorum.

℞. Succi Aranciorum acetoſorum per pannum aut filtrum deſtillati ℔ vj.
Sacchari albiſſimi ℔ iij.
Coquantur ſecundum artem.

Ad hunc modum poteſt etiam fieri ex ſucco Aranciorum dulcium.

Syrupus de Agreſta.

℞. Agreſtæ ℔ v.
Sacchari clarificati ℔ iij
Coquantur ſecundum artem.

AGRESTA *eſt ſuccus vuarum immaturarum, qui Græcè vocatur Omphacium, & inſpiſſatus ſervatur: hoc autem loco recipienda eſt Agreſta nondum ad ſpiſſitudinem decocta.*

Agreſta exprimi debet ex generoſiſſimis vuis, apud nos paulò ante maturitatem.

IN magnis æſtibus ad ſitim reſtinguendam mirificè confert: Vomitum & alui profluuium bilioſum ſiſtit. Febribus bilioſis ſuccurrit: Grauidarum vomitum etiam reprimit, ac ventriculum earundem firmat: Venenisque aduerſatur.

Syrupus de Pomis D. Meſuæ.

℞. Succi pomorum dulcium
Succi pomorum acetoſorum ana ℔ v.
Coquantur, deſpumentur & colentur: deinde adde
Sacchari ℔ iij.

Co-

Coquantur ſecundum artem.

Succus exprimendus eſt ex optimis pomis ſiue malis, qualia ſunt quæ Weynlingen, ſiue Weynſerulen vocantur: in acetoſorum genere ex dulcibus etiam ſapidiſsima ſunt eligenda.

COR imbecillum roborat, ob id ſyncopen & cordis tremorem ſanat.

Syrupus Granatorum dulcium D. Meſuæ.

℞. Succi Granatorum dulcium ℔ v.
Sacchari albiſſimi ℔ iij.

Coquantur ſecundum artem.

MALE *hodie faciunt Syrupum Granatorum, indifferenter cum dulcibus acetoſa Granata miſcẽtes. oportet enim vtrumque Syrupum tam acetoſorum quam dulcium granatorum ſeorſum conficere. nam diuerſis morbis, morborumque accidentibus medentur.*

SITIM, tuſſim, & pleuritidem iuuat.

Syrupus Granatorum acetoſorum D. Meſuæ.

℞. Succi Granatorum acetoſorum ℔ v.
Sacchari albiſsimi ℔ iij.

Coquantur ſecundum artem.

FEBRES bilioſas, & quæ ex pituitoſis flammam multam inuehunt, iuuat.

Syrupus Dinarij, siue Byzantinus simplex D. Mesuæ.

℞. Succi Endiuiæ
Succi Apij ana ℔ ij.
Succi Lupuli
Succi Bugloſſæ domeſticæ aut ſilueſtris ana ℔ j.
Succi depurentur & deſpumentur dum maneant ℔ iiij.
Sacchari optimi ℔ ij. ß.
Coquantur cum facilitate, donec fiat Syrupus.

QVIDAM *differentiam faciunt inter Syrupum Dinarij & Byzantinum ſeu de Byzantiis, alterum ſimplicem, alterum compoſitum vocantes. ſed nos ſimplicis & compoſiti nomine diſtinguimus, vtrumque Dinarij ſiue Byzantinum appellantes.*

HVMORES craſſos & lentos incîdit atque extenuat, obſtructiones aufert, morboque regio ſuccurrit.

Syrupus Byzantinus compoſitus D. Mesuæ.

℞. Succi Endiuiæ veræ
Succi Apij ana ℔ ij.
Succi Lupuli Succi Bugloſſæ domeſticæ aut ſilueſtris ana ℔ j.
Inſuccis decoquantur
Florum roſarum ℥ ij.
Glycyrrhizæ ʒ iiij.

Semi-

Seminis Aniſi Seminis fœniculi
Seminis Apij ana ʒ iij.
Spicæ nardi Indicæ ʒ ij.
Colaturæ adde Aceti ℔ ij.
Sacchari albiſsimi ℔ ij. ß.
Coquantur ſecundũ artem diligenter.

SYRVPVS Byzantinus compoſitus, eſt efficacior ſimplici

Syrupus de Artemiſia D. Ioan. Matthæi de Gradi.

℞. Artemiſiæ M. ij.
Pulegij Calaminthæ
Origani Meliſſæ
Dictamni Cretici Perſicariæ
Sabinæ [*id eſt, Sauinæ.*]
Amaraci [*hic accipe Maioranam.*]
Chamædryos
Perforatæ [*id eſt, Hyperici.*]
Chamæpityos [*id eſt, Iuæ arthriticæ.*]
Comarum Matricariæ Centaureæ minoris
Rutæ Betonicæ
Bugloſſæ Radicum Fœniculi
Radicum Apij Radicum Petroſelini
Radicum Aſparagi Radicum Bruſci
Radicum Saxifragiæ [*eius loco accipiantur radices Pimpinellæ.*]
Radicum Enulæ campanæ
Radicum Cyperi
Radicum Rubeæ tinctorum
Radicum Ireos
Radicum Pæoniæ ana M. ß.

Baccarum Iuniperi
Seminis Petroſelini
Seminis Aniſi
Seminis Liguſtici
Seminis Apij
Seminis Nigellæ
Carpobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Coſti
Radicum Pyrethri
Radicum Aſari
Caſiæ ligneæ aromaticæ
* Cordumeni
Phu [*id eſt, radicis eius.*]
Calami aromatici ana ʒ ß.
Aquæ quantum ſufficit
Sacchari ℔ iiij.

Coquantur omnia magna diligentia ſecundum artem, ne plus quàm neceſſe ſit aromata bulliant.

Pro vulgari & falſo Dictamno *hic debet poni* Dictamnus Creticus. *qui ſingulariter facit ad ea ad quæ Sirupus hic eſt compoſitus.*

SAXIFRAGIAM *Itali vocant eam herbam quam nos* Pimpinellam *appellamus: & huius radix hîc debet accipi.*

MEDETVR paſſionibus matricis, & retinet eam in proprio loco: reſoluit frigiditates, ventoſitates, & dolores: corroborat neruos, aperit poros, ſanguinem corrigit, menſtruis imperat & prouocat.

Syrupus de abſinthio maior D. Meſuæ.

℞. Abſinthij Romani ℔ ß.
Roſarum rubearum ʒ ij.
Spicæ Indicæ ʒ iij.
Vini clari veteris & optimi
Succi Cydoniorum ana ℔ ij. ß.

Macerentur in vaſe marmoreo aut fictili

fictili denso per noctem vnam, deinde decoquantur.
Colaturæ adde Sacchari ℔ ij.
Confice secundum artem.

ABSINTHIVM *Romanum, id est, Absinthium Ponticum gustu adstringens, & aromaticum: vulgare autem dicitur rusticum Absinthium.*

VENTRICVLVM roborat & iecur, aliaque instrumenta nutritionis, appetentiamque excitat, contra regium morbum prodest, flatus discutit, humoresque per vrinam pellit.

Syrupus Infusionis rosarum.

℞. Infusionis rosarum ℔ v.
Sacchari clarificati ℔ iiij.
Coquantur cum facilitate.

EST conueniens ad extinguendam sitim in febribus acutis, & ad remittendum excessum caliditatis in eis, confortans stomachum relaxatum, & hepar supercalefactum, & cor, resistens putredini, conueniens tempore pestilentiæ, & resistens venenositati.

Syrupus Infusionis Violarum.

℞. Infusionis violarum ℔ v.
Sacchari clarificati ℔ iiij.
Coquantur cum facilitate.

FEBRIBVS acutis, iecinoris & cordis caloribus, asperitati gutturis, morbo laterali, tussique aridæ succurrit,

rit, sitim restinguit, alvumque emollit.

Infusio Rosarum Mesuæ.

℞. Foliorum Rosarum ℥ j. ponantur in vrceo angustiori, & infunde illis aquæ calidæ ℔ iij. aut quantum sufficit, vt madeant. Macerentur per horas viij. aut xij. obstructo fictilis orificio: deinde exprime leviter, & excola infusionem, abjectis rosis, & iterum inde recétes rosas, & infusionẽ excolatam calefac; & infũde rosis, ac obstructo orificio vrcei in calido loco dimitte per horas viij. vel xij. posteà rursum excola, & colaturam infunde aliis recentibus rosis, & tertiò demitte: & si efficatiorem facere volueris, etiam quartò recentes rosas in eodem diluro recalefacto macera, ac postremò addito saccharo, Syrupum facito.

Porrò quidam tundunt Rosas, quidam verò integras ponunt. & tusæ quidem celerius vim suam & colorem in aquam deponunt, ac minorem locum occupant. At violæ cùm tunduntur, aliquam herbaceam & tædiosam acrimoniam acquirunt, hoc est, sy crijgen einen grusenden gesmack im mund. quare consulantur hac de re Doctores medici.

Hæc infusio dicitur alio nomine Mucharus, & Mucharum, sive ex Violis sive Rosis fiat.

Mesue tantùm bis iubet rosas infundi: melius verò est vt sæpius recentes abiectis substituantur.

Infusio

Infusio Violarum.

Infusio Violarum eodem modo fit quo Rosarum infusio.

Syrupus de Succo Fumi terræ maior D. Mesuæ.

℞. Myrobalanorum Citrinorum
Myrobal. Chebulorum ana ʒ xx.
Florum Boraginis Florum Buglossæ
Florum Violarum Absinthij
Cuscutæ ana ℥ j.
Glycyrrhizæ Rosarum ana ʒ iiij.
Ehithymi Polypodij ana ʒ vij.
*Prunorum enucleatorum
Passularum enucleatarum ana ℔ ß.
Tamarindorum
Pulpæ Casiæ fistulæ ana ℥ ij.
Aquæ ℔ x.

Coquantur secundum artem ad tertias, deinde cola, & colaturæ adde
Succi Fumi terræ depurati
Sacchari albissimi ana ℔ iij.

Coquantur lento igne ad iustam consistentiam, & repone.

Meum exemplar manu scriptum habet Prunorum ℔ ß. quemadmodum passulæ.

Syrupus fumariæ maior ventriculum & hepar roborat, obstructiones aperit, cutis morbos, præcipuè ab humore salso vel visto natos, vt psoram, lepram, impetiginem, serpiginem curat.

Syrupus de Mentha maior D. Meſuæ.

℞. Succi Citoniorum muzorum
Succi Citoniorum dulcium.
Succi Granatorum acetoſorum
Succi Granatorum dulcium
Succi Granatorum muzorum ana
℔ j. ß.
In ſuccis macerentur per horas xxiiij
Menthæ ſiccæ ℔ j. ß.
Roſarum rubearum ʒ ij.

Coquantur deinde cum facilitate vſque ad medietatis conſumptionem: colentur, & colaturæ adde
Mellis vel Sacchari ℔ ij.

Coquantur ad perfectionem: & cum reponis, aromatiza cum Gallia moſchata vera trita, & in ſindone ligata, atque ex orificio vaſis ſuſpenſa.

MVZORVM, *id eſt, in vini ſaporem aceſcentium: nam muzus ſapor de dulcedine & acetoſitate aliquid habet.*

Notandum eſt, ſi quis cum melle velit hunc Syrupum conficere, vt accipiat mel odoratum aromaticum, quale è Dantiſco aduehitur: vel tale aliud, vt eſt quod vocant virgineum mel, & Saxones Kruthonich, quaſi aromaticum mel, & non illud vulgare flatuoſum.

Ventriculum frigidum roborat, ob id nauſeam, vomitum, ſingultum, fluorem alui ſedat.

Syrupus

Syrupus De Mentha minor D. Meſuæ.

℞. Succi Menthæ depurati ℔ ß.
Succi Granatorum dulcium
Succi Granatorum acetoſorum, ad medietatem coctorum
Sacchari vel Mellis ana ℔ ß.
Coquantur ſenſim ſecundum artem.

In hoc quoque Syrupo notandum eſt, quod in proximo Syrupo de Mentha maiore diximus de melle.

Eandem ferè cum ſuperiore facultatem habet.

Syrupus De Calamintha D. Meſuæ.

℞. Calaminthæ domeſticæ
Calaminthæ ſilueſtris ana ℥ ij.
Liguſtici [*ſeminis ſcilicet.*]
Dauci [*videlicet ſeminis eius.*]
Schœnanthi ana ʒ v.
Paſſularum enucleatarum ℔ ß.
Mellis ℔ ij.
Aquæ quantum ſufficit.
Coquantur ſecundum artem.

MEL *cùm additur huic Syrupo, tunc oportet eſſe optimum & aromaticum mel, vt antè etiam dixi, idque in omnibus Syrupis & Oxymellibus obſeruandum eſt.*

POTEST *etiam cum Saccharo fieri hic Syrupus, quia pauci optimum & aromaticum mel emere & expetere conſueuerunt.*

DOMESTICA *Calamintha, eſt quæ in agris*

agris & cultis locis nascitur: & vulgò vocatur Konminze.

SILVESTRIS *autem Calamintha, est quæ in incultis locis & montibus provenit, & apellatur Calamintha montana.*

LIENOSIS plurimum confert, quibus durus est lien & pænè irresolubilis, & his qui frigida viscera habent, & asthmate laborant, præsertim in senibus, & in habentibus antiquas tusses: si quis enim vel pectus, vel ventriculum, vel intestina crassa tenaci & irresolubili materia plena habeat, hoc Syrupo sanatur.

Syrupus de succo Endiuiæ simplex.

℞. Succi Endiuiæ depurati ℔ viij.
Sacchari Tabarzeth ℔ v. ß.
Coquantur secundum artem.

ENDIVIA *vera, est herba satiua, caulibus foliisq; Cichoreæ similibus, maioribus tamē pinguioribusq; ; flores etiam similes sunt Cichoreæ. allatum est semen eius ex Italia, & iam multis in locis apud nos seritur.*

Valet principaliter ad omnes supercalefactiones hepatis, & aliorum membrorum nutritiuorum, & in morbo laterali maximè conuenit.

Syrupus de Endiuia compositus.

℞. Endiuiæ recentis
Boraginis Scariolæ
Hepaticæ Melissæ
Buglossæ Lactucæ

Eupato-

Eupatorij ana m j.
Seminum frigid. maiorum ana ʒ j.
Santali albi Santali rubri ana ʒ j.
Florum cordialium ana ʒ iij.

Coquantur secundum artem, in sufficienti quantitate aquæ: deinde cola, & colaturæ adde

Succi Endiuiæ depurati ℔ j.
Vini Granatorum ʒ iij.
Sacchari albi ℔ iiij.

Fiat syrupus secundum artem.

VALET præcipuè ad supercalefactiones hepatis, cordis, & aliorum membrorum nutritiuorum: & generaliter confert cuilibet complexioni calidæ; & est aperitiuus oppilationum, & confortatiuus membrorum debilitatorum à mala complexione calida: est etiam digestiuus materiarum cholericarum acutarum.

Syrupus de Cichoreo cum Rhabarbaro Nicolai Florentini.

℞. Endiuiæ domesticæ
Endiuiæ siluestris Cichorij
Taraxaci ana m. ij.
Cicerbitæ Hepaticæ Scariolæ Lactucæ
Fumi terræ Lupulorum ana m. j.
Hordei non excorticati ʒ ij.
Vesicariæ [*id est, Alkekengi.*]
Glycyrrhizæ Capillorum Veneris
Ceterach [*id est, Asplenij*]
Polytrichi Adianthos ana ʒ vj.

Radicum

Radicum Fœniculi Radicum Apij
Radicum Asparagi ana ʒ ij.

* Coquantur in aqua sufficienti, & percolentur, deinde cum Sacchari albi ℔ iiij. Fiat Syrupus.

Pro cuius vnaquaque libra inter coquendum adjiciantur.

Rhabarbari optimi ʒ iij.
Spicæ nardi ℈ ij.

B Colligato in linteolo raro, quod sæpe exprimatur, dum Syrupus consistentiam iustam nanciscatur.

P. C. SCHOL.

A ℔ iiij.] *Hanc Sacchari quantitatem huic Syrupo esse indendam, eamq; abundè satis esse dicimus & censemus: quamquam Commentatorum nullus, quod sciam, huic multi vsus Syrupo pondus vllum exprimat, Colonienſium Dispensatoriolo excepto: quod cum ℔ v. & ʒ viij. sumendas putat, medicamentum nimis imbecille tanta copia reddit, augēte & malum, quod Manipulos viridium herbarum (quales hic requiruntur) semunciales tantum, vt sint puerorum, constituat.*

B *Cæterùm Spicæ ℈ ij hîc quoque sufficere debēt.*

VALET contra omnem materiam venenosam in alterando & mundificando eam, & propriè in anthrace & similibus: valet & in febre pestilentiali. Confortat cor & nutritiua, mundificat materias per vrinam & secessum, & facit appetere cîbum, ac inducit somnum.

Syrupi

Syrupi è Cichoreo Nicolai Florentini, emendata descriptio M. De Lobel.

EST I quorundam popularium medicantium, pharmacantium, ac medicastrorum fatalis inscitia fallere solita, nulla monita in dignoscendis non contemnendæ vtilitatis, Seridis siue Intubacei generis cunctis familiis, audierit; vt non tantùm Medicos doctiss. & pharmacopœos probos eluserit, sed etiam multis ansam dederit in hunc vsque diem magno ægrotantium dispendio, parandi Syrupum è Cichoreo D. N. *Florentini cum Rhabarbaro è solo succo Cichorei satiui, vel aliquot hortorū refrigerantibus temperatis herbis, quæ sanè instituto* Nicolai Florētini *minimè respondebunt (* præscribitur enim eius Syrupus nō modò ad refrigerandum hepar & viscera; sed etiam tum ad hepatis, stomachi, splenis, aliorumque viscerum æstuationes ac inflammationes, tum ad referandas obstructiones in febribus bilioſis & ad somnum conciliandum) *veruntamen amicis quorundam petitionibus, (quia multi & quotidiani vsus hic vtilissimus Syrupus) neglectis herbarum confusis, ambiguis, & barbaris nominibus, eius secundum intentionem Nicolai, descriptionem sic castigamus, secuti ordinis seriem Rondelletij.*

℞. Hordei integri ʒ iiij.
Radicum Asparagi
Fœniculi
Paludapij [. i. apÿ Palustris] ana ʒ ij.
Glycyrrhizæ ʒ j

C In-

℞ Intybi domestici vel satiui [.i. *Endiuiæ vulgatissimæ, latifoliæ, officinis vulgò Scariolæ vocatæ.*]
Intybi syluestris [*id est, Endiuiæ siluestriss officinarum, perperam recentioribus Lactucæ siluest.*]
Cichorei
Taraxaci [*id est, Dentis leonis.*] ana M. ij..
Cicerbitæ siue Sonchi lenis.
℞ Hepaticæ siue Lichenis
Lactucæ satiuæ
Lactucæ siluestris soporiferæ
Fumi terræ
Lupulorum ana m. j.
Adianthi [*siue Capillorum Veneris.*]
Polytrichi
Asplenii [.*siue Ceterach.*]
Cassithæ ana ʒ vj.
Seminis Halicacabi [*siue Alkekengi.*]
ʒ iiij. si recens fuerit; alioqui sufficiet media quantitas.

Coquantur in aquæ & succi Cichorei æquis partibus in balneo aperto; deinde exprimantur, clarificentur, & syrupizentur in eodem balneo & vase lapideo aut vitreo, additis lib. iiij. paulo plus, minus, sacchari albi.

Sub finem ebullitionis adduntur Rhabarbari electi ʒ iiij. & Spicæ nardi ℈ iiij. nodulo exceptorum & ligatorum.

* *Præponuntur quæ diutius coquenda.* (*mus.*
A ℥ iiij.] *ex veteri exemplari cum Rondel. legi-*
Palud.

B Palud.] *magis aperit quàm Apium hortense.*

C Intubi dom.] *omnia exemplaria inserunt Scariolam: quæ tamen eadem est cum Endiuia aut Intubo domestica.*

D Lactuc. sil.] *Lactucam agrestem officinæ Belgicæ Antuerpiæ facilè sibi procurabunt; vbi semel sata maximo & importuno prouentu luxuriat; potissimùm in hortis nostris & optimorum pharmacopœorum Ioannis Coene, Oliuerij Driesch, & piæ memoriæ P. Coudebergi.*

Oxysacchara simplex D. Nicolai.

℞. Sacchari albi ℔ j.
Succi malorum Granatorum acetosorum ʒ viij.
Aceti ʒ iiij.

Coquantur cùm facilitate ad ignem in vase stanneo, dum Syrupi crassamentum adsciscat.

Digerit materias cholericas phlegmati mistas, quæ grauant stomachum & præcordia, & faciunt tertianas duplas inordinatas, quas vocant erraticas, & similes quartanis duplis.

Oxysacchara composita D. Nicolai Præpositi.

℞. Capillorum Veneris
Linguæ ceruinæ [*id est, Phyllitidis.*]
Scolopendriæ [*id est, Asplenij.*]
Polytrichi Hepaticæ Violarum
Radicum fœniculi Radicum Rusci
Radicum Asparagi

Radicum Graminis ana ℥ ß.

* Hoc modo confice : In ſucco malorum granatorum, herbas & radices triduum macerato, quarto die parum bullire ſinito, cum forti expreſſione per-
* colato : poſtremò cum Sacchari ℔ ij. ex arte, ad iuſtam craſſitiem concoquito.

Concalefacta corpora potum iuuat: longis febribus, quas ſanguis aut bilis creauit, & calori jecinoris auxilio eſt, & lienis obſtructiones tollit.

Syrupus de Iuinbis D. Meſuæ.

℞. Iuiubarum numero LX.
Violarum
Seminis Maluæ ana ℥ v.
Capilli Veneris Hordei mundati
Glycyrrhizæ ana ℥ ß.
Seminis Cytoniorum
Seminis Papaueris albi
Seminis Melonum
Seminis Lactucæ
Tragacanthæ ana ℥ iij.
Aquæ fontis ℔ iiij. aut q. ſ.
Sacchari ℔ ij.

Coquantur ſecundum artem.

SYRVPVS iſte confert raucitati, tuſſi & pleuritidi.

Syrupus Violarum D. Meſuæ.

℞. Violarum ℥ ij.
Seminis Cytoniorum

Semini

℞ Seminis Maluæ ana ʒ vij.
Iuiubarum
Sebeſten ana numero xx.
Aquæ Cucurbitæ quantum ſufficit.
Sacchari ℔ j. ß,
Coquantur ſecundum artem.

CVCVRBITA *debet deſtillari cùm adhuc eſt tenera, antequam indureſcere incipiat.*

Prodeſt pleuritidi & tuſſi à cauſa calida.

Syrupus de Succo Violarum.

℞. Violarum recentium iamiam lectarum quantitatem ſatis magnam, & decerpe ab iis purpurea foliola, & abjice virides eorum cauliculos, quoniam herbaceam habent acrimoniam, & floridum colorem hebetant. Contunde deinde decerpta violarum folia in mortario marmoreo & exprime. mox
℞. Expreſſi ſucci ℔ ij.
Sacchari ℔ iiij

SACCHARVM *prius clariſicetur, & ad juſtam conſiſtentiam coquatur; amoto deinde ab igne Saccharo, tepeſieri ſinito, & ſuccum inſundito, & rurſum lento igne ad ſpiſſitudinem coquito, & emicantem in coquendo ſpumam continuò auferto.*

Quidam ſpumam non auferunt, ne color pereat. Sed citò corrumpitur cum ſpuma repoſitus.

Hic Violarum Syrupus in Miſnia ſit, præſertim Lipſiæ, vbi eum vocant Succum Violarum.

BILIS acrimoniam obtundit, ac ob lentorem thoracis vitiis eſt aptum.

Syrupus de Praſsio D. Meſuæ.

℞. Praſſij ʒ ij.
Capilli Veneris
Hyſſopi ʒ j.
* Calaminthæ Aniſi
Radicum Apij
Radicum Fœniculi ana ʒ v.
Seminis Maluæ
Seminis Fœnugræci
Radicis Ireos ana ʒ iij.
Seminis Lini
Seminis Cytoniorum ana ʒ ij.
Paſſularum enucleatarum ʒ ij.
* Ficuum ſiccarum pinguium num. xv.
* Penidiarum ℔ j.
Mellis ℔ ij.
Aquæ quantum ſufficit.
Coquantur ſecundum artem.

MEL *oportet eſſe aromaticum & optimum: poteſt tamen etiam cum Saccharo fieri.*

Vitijs thoracis & pulmonis diuturnis, & à frigido tenaciq́ue humore excitatis, atque eradicatu difficilibus ſuccurrit: hinc eſt quòd ſenibus & aſthmaticis plurimum conducat.

Syrupus de Glycyrrhiza D. Meſuæ.

℞. Glycyrrhizæ raſæ ʒ ij.
Capilli Veneris ʒ j.
Hyſſopi ʒ ß.
Aquæ ℔ iiij.
Macerentur horis xxiiij. Deinde coquan-

coquantur ad dimidias : colaturæ adde
Mellis optimi Penidiarum
Sacchari ana ʒ viij.
Aquæ rosarum ʒ vj.
Fiat Syrupus secundum artem.
Thoracem & pulmonem expurgat, ideoque diuturnæ tussi & pleuritidi auxiliatur.

Syrupus de Hyssopo D. Mesuæ.

℞. Hyssopi aridi
Radicum Apij
Radicum Fœniculi
Radicum Petroselini
Glycyrrhizæ ana ʒ x.
Hordei mundati ʒ iiij.
Seminis Maluæ
Seminis Cytoniorum
Tragacanthæ ana ʒ iij.
Capilli Veneris ʒ vj.
Iuiubarum
Sebesten ana num. xxx.
Passularum magnarum enucleatarum ʒ j. ʒ iiij.
Ficuum siccarum
Dactylorum pinguium ana num. x.
Penidiarum albarum ℔ ij.
Confice secundum artem.
Ad vitia thoracis & pulmonis efficax est, humoresque excreatu difficiles extenuat & educit.

Syrupus de Eupatorio D. Meſuæ.

℞. Radicum Fœniculi
Radicum Apij
Radicum Endiuiæ ana ℥ ij.
Glycyrrhizæ Schœnanthi
Cuſcutæ Abſinthij
Roſarum ana ʒ vj.
Capilli Veneris Bedeguaris
Suchahæ
Florum aut radicum Bugloſſæ
Aniſi Fœniculi
Eupatorij ana ʒ v.
Raued Seni [*id eſt, Rhabarbari Orientalis.*]
Maſtiches ana ʒ iij.
Spicæ nardi Indicæ Aſari
Folij [*pro Folio pone Spicam Romanam.*] ana ʒ ij.
Aquæ quantum ſufficit, aut ℔ viij.
Succi Apij
Succi Endiuiæ ana ℔ ij.
Sacchari ℔ iiij.

Coquantur ſecundum artem.

Pro Bedeguare & Suchaha, quæ hodie non cognoſcuntur, licet accipere Carduum Benedictum, & Carolinam, id eſt, Cardopaciæ radicem.

Eupatorium, quod Meſue ſemper intelligit, eſt Gratiola, vt antè etiam dictum fuit aliquoties.

Frigidis jecinoris vitiis, ac eiuſdem obſtructionibus, aque inter cutem maloque corporis habitui ſuccurrit. humores enim craſſos extenuat, roburq; jecinori adjicit.

adjicit. Vrinas mouet, & hypochondriorum tensionem demolitur.

Syrupus de Stœchade simplex.

℞. Florum Stœchadis ʒ xxx.
Thymi Calaminthæ
Origani ana ʒ x.
Anisi ʒ vj.
Passularum enucleatarum ʒ iiij.
Aquæ quantum sufficit: coquantur secundum artem. Colaturæ adde
Mellis optimi ℔ iiij. ß.
Condiatur cum
Cinnamomi Calami aromatici
Zingiberis ana ʒ j. ß.
Ligentur in sindone, & in Syrupo suspendantur.

Syrupus de Stœchade compositus D. Mesuæ.

℞. Florum Stœchadis ʒ xxx.
Thymi Calaminthæ
Origani ana ʒ x.
Anisi Pyrethri ana ʒ vij.
Piperis longi ʒ iij.
Zingiberis ʒ ij.
Passularum enucleatarum ʒ iiij.
Aquæ quantum sufficit
Mellis optimi ℔ v.
Coquantur secundum artem lento igne, colaturæ adde mellis prædictas ℔ v. & cum reponis, tunc condies sequen-

tibus speciebus in sindone rara & munda suspensis.

℞. Cinnamomi
Calami aromatici
Spicæ nardi Indicæ
Croci Zingiberis Piperis nigri
Piperis longi ana ʒ j. ß.
Contundantur grosso modo.

Ego in condiendo Syrupo de Stœchade vtroque, pro Calamo aromatico mallem imponere Schœnanthum aut Galangam, nam vero Calamo aromatico iam caremus.

Iuuat omnes affectus frigidos cerebri & neruorum, vt paralysim, epilepsiam, spasmum, spasmum cynicum, tremorem: ac ventriculum firmat.

Syrupus de Epithymo D. Mesuæ.

℞. Epithymi ʒ xx.
Myrobalanorum Citrinorum
Myrobalan. Indorum ana ʒ xv.
Emblicorum Bellericorum ana ʒ vj.
Cuscutæ
Fumiterræ ana ʒ x.
Thymi Buglossæ Calaminthæ
Glycyrrhizæ
Polypodij Agarici
Stœchados ana ʒ vj.
Rosarum Fœniculi
Anisi ana ʒ ij. ß.
Prunorum num. xx.
Passularum enucleatarum ℥ iiij.
Tamarindorum ℥ ij. ß.

Aquæ

Aquæ quantum ſufficit.
Sacchari ℔ iij. Sapæ ℔ ij.
Coquantur ſecundum artem.

SAPA *eſt muſtum optimum ad tertias decoctum.*

ATRAM bilem, & alios humores vſtos vacuat, ob id morbos ex his naſcentes, elephantiam, cancrum, vlcera maligna, fiſtuloſa, pſoram, lepram præcauet, curatque.

Syrupus de Nymphæa D. Franciſci Pedemontani.

℞. Florum Nymphææ ʒ ij.
Florum vngulæ Caballinæ aquaticæ
Pſyllij integri
Acetoſæ ana ʒ j.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Seminis Cucumeris
Seminis Melonis ana ʒ iiij.
Seminis Lactucæ Seminis Endiuiæ
Seminis Scariolæ
Seminis Portulacæ ana ʒ ij.
Radicum Fœniculi ʒ j.
Aquæ hordei quantum ſufficit
Sacchari ℔ j.
Aceti albi
Succi Granatorum acetoſorum ana ʒ ij.
Coquantur ſecundum artem: deinde aromatizentur cum
* Santali Citrini

Spicæ nardi Indicæ ana ʒ j.

A *Duæ sunt Nymphææ species, altera candidum, altera luteum florem habet, & vtriusque flores hunc Syrupum ingrediuntur. Nam Auctor huius Syrupi eam speciem quæ albos habet flores, vocat Nenuphar; alteram verò quæ luteos fert flores, appellat vngulam Caballinam aquaticam, à foliorum figura, & florum colore.*

SCARIOLA *est species Endiuiæ, quam nos in Germania vocamus Endiuiam, vulgò Gensdistel, & habet spinulas in dorso foliorum.*

P. C. SCHOL.

Vngula Caballina aquatica.] *De Tussilagine hanc in propria sua significatione intelligi posse Fuchsius dextrè monet: apud aquas enim aut humentia loca plerumque nascitur.*

BILIS flauæ feruorem extinguit, ideoque mirificè in ardentibus aliisque acutis febribus auxiliatur: somnum quoque conciliat.

* *Syrupus de Papauere simplex*
D. Mesuæ.

℞. Capita papaueris albi recentia
Capita Papaueris nigri recentia ana
ʒ LX.
Aquæ pluuialis ℔ iiij.

Coquantur vsquequò remaneat tantum aquæ ℔ j. ß.
Colaturæ adde
Sacchari
Penidiarum ana ʒ vj.

Fiat Syrupus secundum artem.

Valet

Valet ad catarrhum & tussim, causam insomnij.

Syrupus de Papauere compositus D. Mesuæ.

℞. Papaueris albi
Papaueris nigri ana ʒ L.
Capillorum Veneris ʒ XV.
Glycyrrhizæ ʒ V.
Iuiubæ numero XXX.
Seminis Lactucæ ʒ XL.
Seminis Maluæ
Seminis Cytoniorum ana ʒ vj.

Coquantur in ℔ iiij. aquæ vsque ad duas, & cum Sacchari &
Penidiarum ana ℥ viij.

Fiat Syrupus secundum artem.

VALET ad tussim siccam, phthisin, catarrhum, insomnij causam.

Syrupus de succo Myrtillorum.

AR. Succi Myrtillorum depurati ℔ viij.
Sacchari clarificati ℔ iiij.

Coquantur secundum artem.

Curandum est vt adferatur ex Italia, aut Narbonensi Gallia Myrtillorum succus, si quis volet hunc Syrupum conficere.

P. C. SCHOL.

A ℔ viij.] *Cùm hic Syrupus à Mesues, cui erroneè à Cordo adscribebatur, diuersus sit; atque à Cordo ipso forsan concinnatus; malè legi hîc ℔ viij. Fuchsius temerè scribit.*

SYRVPVS

SYRVPVS Myrtillorum ventriculum & viscera roborat; ob id fluorem alui antiquatum sistit & tussim mitigat.

Syrupus Myrtinus compositus.

℞. Myrtillorum ʒ xx.
* Rosarum
ASumach
* Berberis ana ʒ xv.
* Mespilorum ʒ l.
* Succi Granatorum acidorum vel muzorum
Succi Pomorum agrestium ana ℔ ij.

Omnia in dictis succis & aqua q. s. coquantur, & fiat Syrupus cum
* Sacchari ℔ iij. secundum artem.

P. C. SCHOL.

Rosarum.] *Rosas Fuchsius rectè addit à Cordo neglectas, simulq; ana ʒ xv. legendum & ʒ l. atq; Sacchari ℔ iij. dextrè ait, vbi Cordus ʒ xxx. & ʒ c. ac Sach. ℔ v. nimiè scripserat. Interim in aquæ ℔ viij. coquit Fuchsius, & succi Granatorum ac Cytoniorum ana ℔ ß. tantùm addit.*

HIC Syrupus sistit ventris fluorem, etiam antiquum, & screatum sanguinis.

Syrupus de succo Acetosæ
D. Mesuæ.

℞. Succi Acetosæ depurati ℔ iij.
Sacchari clarificati ℔ ij.

Coquan-

Coquantur ſecundum artem.

FEBRIBVS biliosis & peſtilentialibus ſaluber eſt, cordis & ventriculi flammeum calorem extinguit, ipſaque roborat.

Syrupus de Succo Boraginis.

℞. Succi Boraginis depurati ℔ viij.
Florum Boraginis recentium ℔ j.

Quàm modicè efferueant, aut potius horis aliquot in ſucco clarificato ac calido macerentur: dein colentur, cumque Sacchari ℔ iiij. fiat Syrupus.

SVCCVS *Boraginis prius eſt clarificandus cum albuminibus ouorum, alioquin plus ſatis mucilaginoſus fieret Syrupus.*

P. C. SCHOL.

Stolidos cùm hîc deſcripſiſſet Cordus huius & ſequentis Syrupi conficiendi modos, ego eoſdem ſuo nitori ex arte reddidi. Feciſſem quidem & aliis locis quamplurimis, niſi falcem in alterius meſſem indere penitius, minimé conſultum viſum fuiſſet.

COR ipſum roborat, eiusque tremorem & ſyncopen ſanat, maniacos & melancholicos iuuat.

Syrupus de Succo Bugloſſæ.

℞. Succi Bugloſſæ depurati ℔ viij.
* Florum Bugloſſæ recentium ℔ j.
* Sacchari ℔ iiij.

Fiat eodem modo quo præcedens.

Intelligo

Intelligo hîc eam Bugloſſam quæ vulgò in vſu eſt, non illam Italicam maiorem.

Succus Bugloſſæ difficulter exprimitur : nam ſiti mucilago, dum tunditur Bugloſſa. ideò tuſa dimittenda eſt per noctem in frigido loco, & poſtridie exprimendus ſuccus atque cum albuminibus ouorum clarificandus.

COR confortat, lætitiamque generat.

Syrupus de Lupulo.

℞. Succi Lupuli depurati ℔ ij.
Succi fumiterræ depurati ℔ j.
Sacchari ℔ ij.

Coquantur ſecundum artem.

Poteſt etiam hic Syrupus fieri è ſolo Lupuli ſucco, vt Meſuæ placet in capite De ſpeciebus Volubilis. Exprimendus autem eſt Succus Lupuli cùm adhuc teneræ ſunt eius viticulæ & aſparagi.

Refrigerat, & collectionem impetus lenit. Bilem regio morbo laborantibus detrahit, pituitam in aqua inter cutem exigit per aluum.

Iuleb Roſatum.

℞. Aquæ roſarum ℔ iij.
Sacchari clarificati ℔ ij.

Fiat cum diligentia ſecundum artem.

FEBRIVM, thoracis, & ventriculi incendium, caloremque flammeum extinguit, ſitim inexpletam ſedat.

Iuleb Violatum.

℞. Aquæ violarum ℔ iij.
Sacchari clarificati ℔ ij.
Coque vt Iuleb Roſatum.

Febres, phlegmonas, pleuritidem, aſperitatem gutturis & thoracis, ac tuſſim mitigat.

Mina Cytoniorum ſimplex D. Meſuæ.

℞. Succi Cytoniorum depurati ℔ xij.
Coquantur ad medietatem, & affunde
AVini veteris optimi ℔ v.
Sacchari ℔ iij.
Coquantur ſecundum artem.

P. C. SCHOL.

A Vini ℔ v. Sacch. ℔ iij.] *Cordum hic Vini ℔ viij. Sach ℔ xij. perperam legentem, & Fuchſius quoque animadvertit. quare veram vtrobique lectionem repoſui.*

VENTRICVLVM roborat, & cibum in eo continet.

Myua Cytoniorum aromatica
D. *Meſuæ.*

℞. Succi Cytoniorum acetoſorum ℔ xx.
Vini veteris optimi ℔ x.
Meilis deſpumati optimi ℔ vj.

Poteſt tamẽ etiam cum Saccharo fieri.

Coquantur ad perfectionem: & aromatizentur in ſindone ligatis, cum
Cinnamomi electi

Car-

Cardamomi minoris ana ʒ iij.
Garyophyllorum ʒ ij.
Zingiberis
Maſtiches ana ʒ j. ß.
Croci ʒ ij.
Xyloaloës
Macis ana ʒ j. ß.
*Moſchi ϑ j.
Galliæ moſchatæ veræ ʒ ij.
Fiat ſecundùm artem
*Mellis loco Saccharum ſnmi poteſt.

VENTRICVLVM, hepar, & cætera viſcera roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, vomitum & lienteriam ſedat.

Mel Roſatum D. Meſuæ.

℞. Roſarum rubearum nondum penitus apertarum ℔ ij.
Mellis optimi ℔ vj.
Coquantur lento igne ſecundum artem.

STOMACHVM confortat & mundificat, & eſt digeſtiuum materiarum phlegmaticarum in ſtomacho & meſeraicis contentarum.

Mel Roſatum aliud efficacius.

℞. Foliorum roſarum rubearum nondum explicitarum contuſorum ℔ ij.
Coquantur in aquæ cæleſtis ℔ iiij.
Colaturæ fortiter expreſſæ adde
Succi roſarum rubearum depurati

Mellis

Mellis optimi despumati ana ℔ iiij.
Coquantur secundum artem.

Oxymel simplex D. Mesuæ.

℞. Mellis optimi despumati ℔ iiij.
Aceti vini acerrimi
Aquæ clarissimæ ana ℔ ij.

Mel cum aqua despumetur iterum diligenter, & cùm aqua fuerit consumpta, tunc adde acetum, & coque secundum artem.

HVMORES crassos, lentos ac pituitosos incidit, extenuat, abstergit, atque adeò obstructiones aufert, sputum educit, spiritumque faciliorem reddit.

Oxymel compositum.

℞. Radicum Fœniculi
Radicum Apij ana ℥ iiij.
Radicum Petroselini Radicum Ruscī
Radicum Asparagi Seminis Apij
Seminis Fœniculi ana ℥ j.

Coquantur in aquæ claræ ℔ vj. aut quantum sufficit. Colaturæ adde
Aceti acerrimi ℔ j.
Mellis optimi despumati ℔ ij.
Coquantur secundum artem.

HVMORES crassos & pituitosos incîdit, extenuat & abstergit: obstructiones tollit iecinoris, lienis ac renum; vrinam mouet, sudoremque euocat.

Oxymel Scyllitieum ſimplex D. Meſuæ.

℞. Mellis deſpumati ℔ iij. Aceti ſcyllitici ℔ ij. Coquantur ſecundum artem.

HVMORES craſſos, lentos, auulſu contumaces ſeparat: ob id cõfert ventriculi & aliorũ viſcerũ affectibus hos humores ſequẽtibus, ructũ acidũ ſanat & veſicæ mollificationẽ, ſeu vrinæ incontinentiam.

Oxymel Scyllitieum compoſitum.

℞ Radicum Apij Radicum Fœniculi ana ℥ iiij
Radicum Petroſelini Radicum Ruſci
Radicum Aſparagi Seminis Apij
Seminis Fœniculi ana ℥ j.
Coquantur in aquæ ℔ vj. aut quantum ſufficit.
Colaturæ adde Aceti Scyllitici ℔ j
Mellis optimi deſpumati ℔ ij. Fiat ſecundũ artẽ.

ID potentius multo incidit, tenuat, terget, obſtructa aperit in diuturnis quartanis & quotidianis, quàm Oxymel compoſitum de radicibus.

Mel Anacardinum Azaranij.

℞. Anacardos recentes: terantur, & in aqua coquãtur, donec melliginẽ quandã in rubeo colore fuſcã emittant: eam aquæ innatantẽ auferto, & reponito.

Mel Emblicorum.

Mel Emblicorum, eſt mel in quo Emblici Myrobalani ſunt conditi. (conſiſtentiam inſpiſſatum.
Alij vero vocant Emblicorum decoctum ad mellis

Mel Paſſularum.

℞. Vuarum paſſarum ℔ iiij. Infundantur eis aquæ ℔ xij. aut q.ſ. & macerentur horis xxiiij deinde coquantur ad remanentiam tertiæ partis. Colentur, & colatura decoquatur ad craſsitudinem mellis, & reponatur. hoc decoctum vocatur Mel paſſularum.

SYRVPORVM TRES SEQVENTES VALERII CORDI DESCRIPT. HVIC EDITIONI NVNC PRIMVM ACCESSERVNT.

Syrupus de Pyris Valerij Cordi.

℞. Succi Pyrorum moſchatellinorum
Succi Pyrorum Palatinorum
Sacchari clarificati ana ℔ ij.
Coquantur ſecundum artem.

Et

Et quoniam Pyra Moſchatellina citius matureſcunt, expreſſum eorum ſuccum clarificatum cum Saccharo decoctum repones, donec etiam Palatina matureſcant, demum miſcebis.

Syrupus de Cichoreo Val. Cordi.

℞. Rad. fœniculi
Cichorij ana ℥ iiij.
Linguæ ceruinæ Scolopendrij
Capillorum Veneris
Trichomanes ana m. j.
Aquæ Cichorij Succi eiuſdē ana ℔ iiij.
Coquantur omnia ſecundum artem.
Colaturæ adde Sacchari clarificati ℔ iiij.
Et ſpecies ſequentes petiæ illigatas ſuſpende in Syrupo:
℞. Rhabarbari ℥ ij.
Rad. Spicæ Romanæ ℈ j.
Fiat Syrupus.

Syrupus Refectiuus Val. Cordi.

℞. Dactylorum enucleatorum
Ficuum ſiccarum pinguium
Xyloceratiorum enucleatorum
Vuarum Cubebarum paſſarum
Vuarum paſſarum vulgarium maiorum & minorum
Tamarindorum enucleatorũ ana ℥ iiij.
Muſti generoſi recentis
Succi Cydoniorum ana ℔ vj.
Incidantur fructus in partes, Paſſulæ minores & Xyloceratia modicè

contundantur, vnumquodque per se. Deinde misceantur omnia, & in fictili denso affundatur eis succus & mustum, macerenturque horis xxiiij. Posteà coquantur lento igne ad consumptionem tertiæ partis aut amplius.

Colaturæ affunde lactis Amygd. cum aqua rosea ℔ ij. ex vna libra Amygdalarum dulcium tritarum expressi.

Clarificetur deinde cum albuminibus ouorum xij.

Hnic decocto clarificato adde sacchari clarificati ℔ iij.

Coquantur ad perfectionem : & cùm reponis, tum suspende in Syrupo sequentes species crassiusculè tritas, & in sindone ligatas:

℞. Cinnamomi interioris optimi
Macis Nucis moschatæ
Cardamomi Zingiberis
Galangæ Zedoariæ
Garyophyllorum ana ʒ ij.
Ligni aloës ʒ iij.

Huiusmodi dilutum vel decoctum fructuum horum, vel alicuius eorum vocant Arabes Nabuch, *quo vtuntur pro vino & melle in calidis regionibus.*

HVNC Syrupum composui diuitibus quibusdam in chronicis morbis, omnem cibum & potum auersantibus, & comperi mirum in modum vires reficere, alere, & iam desperatos, refocillatis viribus sanitati restituere.

ROB

ROB.

Rob de Ribes ſimplex.

℞. Succi ribes ℔ viij.
Coquatur per ſe ad ſpiſſitudinem mellis, & reponatur.

Rob de Ribes Compoſitum.

℞. Succi Ribes ℔ iiij.
Sacchari optimi ℔ ij.
Coquantur ſecundum artem.
VENTRICVLVM firmat, vomitum bilioſum reprimit, ſitim reſtinguit, aliasque excretiones bilioſas ſiſtit.

Rob de Berberis ſimplex.

℞. Succi Berberis ℔ viij.
Coquatur per ſe vſq. ad mellis ſpiſſitudinem.

Rob de Berberis compoſitum.

℞. Succi Berberis ℔ iiij.
Sacchari optimi ℔ ij.
Coquantur ſecundum artem.
ROB ex Oxyacantha ſeu de Berberis, eaſdem quas præcedens facultates obtinet.

Rob Nucum D. Meſuæ.

℞. Succi Corticum viridium iuglandium ℔ iiij.
Mellis optimi ℔ ij.

Coquantur ſecundum artem.

Deſtillationi tenuium humorum à capite, & inflammationem excitantium confert.

Diamorum, deſcriptione Nicolai.

℞. Succi Mororum Celſi ℔ ß.
Succi Mororum rubi ℔ j.
Mellis optimi deſpumati ℔ j.
Sapæ ʒ iij.

Coquantur ſecundum artem.

Contra depaſcentia oris vlcera, ad dentium affectus & gingiuarum noxas, atque ad omnia oris vitia gargarizatus proficit.

Diamoron aliud D. Val. Cordi.

℞. Succi Mororum rubi
Succi Mororum rubi Idæi
Succi Mororum Celſi ſiue de arbore
Succi Fragorum ana ℔ ij.
Mellis deſpumati optimi ℔ iiij.

Coquantur lento igne ſecundum artem.

Mororvm *omnium ſuccus exprimendus eſt antequam perueniant ad maturitatem. Porrò Mora rubi Idæi & Fraga citius matureſcunt, quam alia: ideò oportet, vt horum Succus colligatur, & cum Saccharo decoctus reponatur, donec alij matureſcant. Sint autem ſucci vniuſcuiuſque ℔ ij. Saccheri ℔ j. ad quamuis eorum, id eſt, Saccheri ℔ ij.*

Rvbvs *Idæus eſt ille rubus, quem nos vocamus*

eamus Himpen : eius mora siue fructus vocantur Himpeer.

Medulla siue pulpa seu Rob Ceraſorum.

℞. Ceraſorum acetoſorũ quantum volueris, coque per ſe, ſine humore aliquo, & per cribrum ſetaceum manibus exprime, & ad ſpiſſitudinem iuſtam coque ac ſine Saccharo repone, vt medullam Prunorum. Poterit qui volet etiam cum Saccharo conficere.

Diamarenatum ſimplex.

℞. Amarena Ceraſa quantum libuerit, & cum modico vino coque, cocta per cribrum manibus exprime, expreſſam deinde pulpam ad ſpiſſitudinem coque, & deinde.

℞. Inſpiſſatæ pulpæ ℔ xij.
Sacchari clarificati & inſpiſſati ℔ viij.
Confice ſecundum artem.

AMARENAE *ſunt magna Ceraſa guſtu vinoſa, quæ Germanicè vocantur Amarellen, Animerlinghe, & Amelber.*

Diamarenatum compoſitum.

℞. Diamarenati ſimplicis iam confecti, & adhuc calidi ℔ iiij.

Cui inſperge ſequentes ſpecies in minutiſſimum puluerem tritas :

℞. Cinnamomi
Nucis moſchatæ ana ʒ j.

Zingiberis
Galangæ ana ʒ iiij.
Cardamomi Garyophyllorum
Macis
Ligni aloës ana ʒ ij.
Confice secundum artem.
Ad hunc modum potes etiam facere confectiones ex Cynosbatis & Cornis, hoc est, Corni fructibus.

LOHOCH.

Lohoch sanum & expertum D. Mesuæ.

℞ Cinnamomi Hyssopi
Glycyrrhizæ ana ʒ iiij.
Iuiubarum
Sebesten ana numero xxx.
Passularum enucleatarum
Ficuum siccarum
Dactylorum pinguium ana ʒ ij.
Fœnugræci ʒ v.
Capilli Veneris m. j.
Anisi Fœniculi Ireos
Seminis Lini
Calaminthæ ana ʒ iiij.
Coquantur secundum artem in aquæ clarissimæ ℔ iiij. ad consumptionem ℔ ij.
Colaturæ expressæ adde
Penidiarum ℔ ij.
Coquantur ad perfectionem, posteà insperge subsequentia minutissimè incisa & tusa.

℞. Pi-

℞. Pinearum mundatarum ʒ v.
Amygdalorum dulcium mundatorum
* Glycyrrhizæ Tragacanthæ
Gummi Arabici
* Amyli ana ʒ iij.
Ireos ʒ ij.

Agitentur omnia simul celerrimè, donec albescant.

Tussi vocisque asperitati à frigiditate natæ auxilio est, crassos in thorace & pulmone humores extenuat.

Lohoch de Pino D. Mesuæ.

* ℞. Pinearum ʒ xx.
Amygdalorum dulcium
Auellanarum assatarum
Tragacanthæ Gummi Arabici
Glycyrrhizæ
Succi Glycyrrhizæ
Amyli Capilli Veneris
Ireos ana ʒ iij.
Carnium dactylorum ʒ xxxv.
Amygdalorum amarorum ʒ iij.
Mellis passularum Butyri recentis
Sacchari Tabarzeth ana ℥ iiij.
Mellis Tabarzeth ℔ iij. ʒ j. ʒ iiij.

Conterenda contundantur, & incidenda incidantur minutissimè, & cum melle excipiantur.

Mel *Tabarzeth est optimum, sincerissimum atque odoratissimum mel, quale ex Dantisco afferunt.*

P. C. SCHOL.

A Amygd. am. ʒ iij.] *Cùm Cordus hîc perversè ℥ iij. posuisset, ʒ iij. tantùm legendas esse, Fuchsio quoque astipulante, dico.*

TVSSI diuturnæ, difficultati spiritus, & asthmati succurrit: humores in thorace crassos incîdit, & extenuat.

Lohoch de Papauere D. Mesuæ.

℞. Papaueris albi ʒ xxv.
Amygdalorum dulcium Pinearum
Gummi Arabici Tragacanthæ
Succi Glycyrrhizæ ana ʒ x.
*Amyli ʒ iij.
Seminis Portulacæ Seminis Lactucæ
Seminis Cytoniorum ana ʒ iiij.
*Croci ʒ j.
Penidiarum albarum ℥ iiij.
Syrupi de Papauere ℔ iij.

Omnia contundantur & incidantur atque cum Syrupo excipiantur, secundum artem. Porrò iste Syrupus de Papauere sic fieri debet:

℞. Capitum Papaueris albi recentium
Capitum Papaueris nigri recentium ana ℥ vj.
Seminis Lactucæ
Florum Violarum ana ℥ j.
Aquæ quantum sufficit, aut ℔ viij.

Coquantur, & colaturæ adde,
Sacchari ℔ iiij.

Coquantur ad spissitudinem.

Hoc

Hoc Lohoch de Papauere appellatur etiam alio nomine Diapapauer.

Iuuat tussim, & gutturis asperitatem à catarrho calido, tenui (quem sputum liquidum indicat) eum enim coquit, & crassat. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi.

Lohoch de Scylla D. Mesuæ.

℞. Succi Scyllæ
Mellis despumati ana ℥ j.

Coquantur secundum artem.

SCYLLA *propriè succum non habet, sed mucilaginem; quæ sic est colligendæ:*

℞. *Scyllas crudas tres aut quatuor, eius laminas puriores, plenas & nitidas, in partes incidito cultello eburneo: deinde in pila siue mortario fictili aut lapideo siue marmoreo atterito cum agitaculo ex ligno Guaiaco siue sancto facto, & deinde exprime & vtere.*

ECLEGMA de Scylla, materiam crassam, lentam, coctu difficilem in partibus respiratoriis, expelli facilé strenuè reddit, & natam inde spirandi difficultatem, & thoracis dolorem leuat.

Lohoch de Pulmone vulpis D. Mesuæ.

℞. Pulmonis vulpini siccati
Succi Glycyrrhizæ
Seminis Anisi
Seminis Fœniculi
Capilli Veneris ana ℥ j.

Saccha-

Sacchari clarificati ʒ xv.
Conterantur omnia tenuissimè, & cum Saccharo excipiantur.
ABSTERGIT & consolidat vlcera pectoris & pulmonis, & præferendum est aliis remediis in phthisi.

* *Lohoch ad Asthma D. Mesuæ.*

* ℞. Scyllæ assatæ ʒ iij.
* Radicum Ireos ʒ ij.
Hyssopi
Prasij ana ʒ ß.
Myrrhæ rubeæ
Croci ana ʒ ß.
Cum mellis quantitate sufficienti fiat Lohoch.
AD asthma & tussim antiquam valet: humorem enim crassum tenuat.

LENITIVA.
ET SOLVTIVA

FLORES CASIÆ FISTVLAE SOLVTIVAE.

℞. Cannas seu siliquas Casiæ ponderosas, & quæ non resonant concussæ, aperi eas & contentam in eis pulpam seu medullam cum laminis & seminibus suis diligenter euacua, exempta proiice super inuersum & angustum cribrum setis equinis contextum. Cribrum deinde pone supra bullientis aquæ

aquæ vaporem, & auerſo cochlearis cõnexo Medullam Caſiæ hinc & inde ducito, vt per cribrum paulatim excernatur, & ſi quid excretum eſt, aut penetrauerit, confeſtim ſubinde auferto, ne plus quàm neceſſe eſt de vapore imbibat: idq; tamdiu facito, donec quantum voles, collegeris. Porrò cùm neceſſitas requirit, ſemper recentes exprime Caſiæ flores: repoſiti enim aceſcunt.

Si quis Caſiæ flores ſiue pulpam magis ſolutiuam reddere volet, in bullienté aquam projiciat folia Perſici, aut flores Perſici, & Prunellorum ſilueſtrium, aut omnia hæc ſimul: horum enim vapor & deſtillata aqua ſoluit aluum.

Mundificat ſanguinem, & compeſcit omnem acuitatem, & ſedat ſitim, & propriè cum ſucco Endiuiæ aut Taraxaci, depurato ſecundum artem. Mundificat ſtomachum, & educit choleram & phlegma, ſine nocumento & exceſſu, caret enim mordicatione. Et lenit pectus & guttur, ac reſoluit apoſtemata acuta in eis. Et confert calefactioni renum ſumpta cum diureticis & infuſione Glycyrrhizæ, & prohibet generationem lapidis in eis, & confert febribus calidis.

Diacaſia cum Manna.

℞. Prunorum Damaſcenorum ℥ ij.
Florum Violarum m. j. ß.
Aquæ fontanæ ℥ xviij.

Bulli-

Bulliant ſecundum artem vſq. ad medietatis conſumptionem : Cola , & in colatura diſſolue

Pulpæ Caſiæ ℥ vj.
Pulpæ Tamarindorum ℥ j.
Mannæ optimæ Calabrinæ ℥ ij.
Syrupi Violarum ℥ iiij.
Sacchari Candi
Sacchari Penidij ana ℥ j.
Sacchari Violati ℥ iiij.

Confice ſecundum artem.

Pulpa Tamarindorum ſit vt Pulpa Caſiæ, ſine flores Caſiæ.

EST pro delicatis qui habent ſtipticum ventrem; non enim eſt ingrati ſaporis, nec moleſta, ſed ſalnbris: lenit viſcera, ſubducit aluum, purgat choleram, & mitigat febres.

Caſia extracta ſine foliis Senæ.

℞. Prunorum numero xij.
Violarum m. j.
Hordei mundi Aniſi Polypodij
Seminis Cartami ana ʒ v.
Capillorum Veneris Thymi
Epithymi ana m. ß.
* Paſſularum exacinatarum ℥ ß.
Seminis Fœniculi ʒ ij.
Seminis Portulacæ
Seminis Maluæ ana ʒ iij.
Glycyrrhizæ ʒ iiij.

Fiat horum decoctio in ſufficienti quantitate aquæ : colentur ; in colatura diſſolue

Pulpæ

Pulpæ Caſiæ ℔ ij.
*Pulpæ Tamarindorum ℥ j.
*Cinnamomi ʒ iij.
Sacchari optimi ℔ j.
Coquantur ad perfectionem ſecundum artem.

Caſia extracta cum foliis Senæ.

℞. Confectionis Caſiæ extractæ ſine foliis
Senæ ℔ ij.
Pulueris foliorum Senæ ℥ ij.
Miſce ſecundum artem.
FACILE ſoluit, lenit aſperitatem inteſtinorum, remouet ſtipticitatem, & ventris onus ſubducit, & morbis cholericis & melancholicis auxilia præbet.

Caſia extracta pro clyſteribus.

℞. Violarum [*id eſt, florum Violarum.*]
Violariæ [*id eſt, foliorum violarum.*]
Maluæ Mercurialis Betæ
Parietariæ ana m. j.
Fiat horum decoctio in ſufficienti aqua, cuius beneficio Caſia extrahatur, & cannæ eius interius lauentur. Deinde
℞. Pulpæ Caſiæ cum hac decoctione extractæ & ad ſpiſſitudinem coctæ ℔ j.
Sacchari ℔ j ß.
Coque ad perfectionem ſecundum artem

artem. Quidam addunt Diacridium siue Scammoneam. Sed hoc nemo faciat insciis Doctoribus Medicis.

PARIETARIAE, *videlicet veræ, quæ circa maceries & muros nascitur sub stillicidijs tectorum, & non siluestris istius herbæ luteis floribus, quæ dicitur Germanicè* Tag vnd nacht.

EST lenitiua ventris & lenis, & est medicina pro delicatis, carens acuitate & mordicatione, & omni excessu lædente.

Electuarium Lenitiuum,

℞. Passularum enucleatarum ʒ i
Adianti nigri Violarum
Hordei mundi ana m. j.
Iuiubarum Sebesten ana num. xx.
Glycyrrhizæ ʒ ß.
Prunorum enucleatorum
Tamarindorum ana ʒ vj.
Senæ Polypodij ana ʒ ij.
Mercurialis m. j. ß.

Decoquantur secundum artem in sufficienti aqua; cola, & in colatura dissolue.

Pulpæ Casiæ Pulpæ Tamarindorum
Pulpæ Prunorum Sacchari optimi
Sacchari violati ana ʒ vj.
Pulueris senæ ʒ iij. ʒ iij. ß.

Confice secundum artem.

ADIANTVM *nigrum, est Capillus Veneris verus qui à Lugduno affertur.*

VSVS eius est in febribus humoralibus

bus & pleureſi ; lenit enim & mollit inteſtina, & delet eorum ſtipticitatem: facilè ſoluit ſine moleſtia & læſione choleram phlegmaticam & melancholicam.

Electuarium Lenitiuum de Manna Nicolai Alexandrini.

℞. Capillorum Veneris
Scolopendriæ [*hoc eſt, Ceterach vocatæ.*]
*Hepaticæ [*hoc eſt, Lichenis.*] ana ℥ iij.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Seminis Melonis
Seminis Cucumeris
Violarum ana ℥ j.
Prunorum Damaſcenorum num. xx.

Coquantur in aqua ad dimidias, deinde percolentur cum expreſſione, in colato diſſoluantur
Mannæ optimæ puræ
*Sacchari violacei
*Pulpæ Caſiæ recens extractæ ana ℥ iiij.
*Tamarindorum
Sacchari roſacei ana ℥ j.
Sacchari albiſsimi ℔ iiij.

Concoquantur ad mellis conſiſtentiam : poſtremò ſpecies ſequentes injiciantur,
Nucleorum ſeminis Melonis
Seminis Cucumeris
Seminis Cucurbitæ

Seminis Citrulli Florum Violarum
Florum Nymphææ Seminis Lactucæ
Seminis Scariolæ
* Seminis Portulacæ ana ʒ ß.
Rhabarbari electi
* Foliorum Senæ ana ʒ j. ʒ ß.

His accuratè commiſtis & ſubactis, conficiatur electuarium.

VTILE eſt ad purgandum ſanguinem, ad choleram reprimendam & melancholiam : valet etiam ad hepar calefactum, & corpus vniuerſum perpurgat.

Electuarium de Sebeſten D. Bartholomæi Montagnanæ.

℞. Sebeſten ſine nucleis
Prunorum ſiccorum enucleatorum
Tamarindorum ana ʒ v.
Aquæ Violarum ℔ j.
Aquæ Ireos
A Aquæ Anguriæ ana ʒ vj.
Succi Mercurialis depurati ʒ iiij.
* Penidiarum ʒ iiij.
Diapruni ſimplicis ℔ j. ß.
* Nucleorum ſeminis Cucurbitæ
Cucumeris Melonis
* Citrulli ana ʒ j.
* Diagridij ʒ iij. ß.

Caro ſiue pulpa Sebeſten, Prunorum & Tamarindorum minutiſſimè teratur, & cum aquis extrahatur. Semina verò minutiſſimè incidantur, & reliqu

reliquis miſceantur, & fiat ſecundum artem Electuarium.

ANGVRIA eſt *Melon magnus, viridis, alio nomine vocatur Albateca, ſive Batega, & Melon Indus. Quidam per aquam Anguriæ intelligunt ſuccum eius, & non malè : nam hic magis alvum lenit.*

P. C. SCHOL.

A Aquæ Anguriæ.] *Anguriam eſſe Melonem ſeu fructum magnum, ex viridi & ſubpallido foris interſtinctum, ſive variegatum anguis modo, vnde illi nomen ; oblongum, inſipidum cum læuore, ſemine maiuſculo, rubro vnà cum Franciſc. Alexandrini Apolline exiſtimo, & falli Fuchſium dico.*

CONFERT febribus cholericis interpolatis, & continuis puris, & ſedat acuitatem febrium, ſitim & vigilias, & etiam amaritudinem remouendo, & educit materias acutas à viis vrinalibus & veſica.

Medulla ſive Pulpa Prunorum.

℞. Prunorum magnorum acetoſorum & vinoſorum quantitatem, quam volueris, & exemptis nucleis in fictili vitreato magno coquito, deinde per cribrum fetaceum exprimito, expreſſam pulpam iterum lento igne ad perfectam & iuſtam ſpiſsitudinem coquito, & ſine Saccharo reponito.

Porrò ſi medullam Prunorum laxa-

tiuam requiris, ex dulcibus prunis, aut prunis Hungaricis magnis exiccatis conficito.

Medulla Prunorum vinosorum, calorem & sitim in febribus mitigat, & melius est vt conseruetur sine Saccharo, Cerasorum modo inspissata.

Diaprunum compositum non laxatiuum D. Nicolai.

℞. Prunorum Damascenorum electorum num. centum.

Coquantur in modica aqua, donec emolliantur: excola, deinde decoctum eorum priuatim repones, ipsa verò pruna super inuersum & vasi impositum cribrum ponantur, & manibus hinc & inde ducantur, & premantur, donec omnis eorum pulpa penetrauerit, & cutis cum nucleis tantùm remaneat. Collectam deinde pulpam, & excolatum eorum decoctum in quo bullierit violarum ℥ ß. lento igne ad spissitudinem coquito. Melius esset, si Prunorum pulpa per se inspissaretur, & si cum decocto prunorum & violarum pulpa Tamarindorum extraheretur.

Deinde cùm inspissaueris

℞. Pulpæ inspissatæ ℔ j.
Sacchari clarificati ℔ ij.
Pulpæ Tamarindorum
Pulpæ Casiæ ana ℥ j.

Agita omnia simul supra ignem: dein

de in

de insperge subsequentium specierum puluerem.

℞. Santali albi Santali rubri
Spodij Rhabarbari
Cinnamomi ana ʒ iij.
Rosarum Violarum
Seminis Portulacæ Seminis Scariolæ
Seminis Berberis Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ ana ʒ ij.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Cucumeris
Seminis Citrulli
Seminis Melonis ana ʒ j.

Confice secundum artem.

Dicitur etiam hæc confectio Diadamascenum, à prunis Damascenis quæ capit.

Quidam ponunt prunorum non numero centum, sed ℔ j. verùm malè: nam ex Nicolao Alexandrino omnes alij hanc compositionem desumpserunt.

Quædam exemplaria non habent Cinnamomum: sed Nicolaus Alexandrinus idipsum ponit: & nisi ingrederetur Cinnamomi pondus, confectio hæc esset manca: nam Nicolaus Alexandrinus scribit totam confectionem habere ℔ iij. & ß. & sic est. Impressi tamen codices mendosi sunt, habent enim ℔ ij. & ß. Ita pro ciphra 3. posuerunt 2. facili errore, non tamen condonando.

Nicolaus Alexandrinus non ponit semen Cucu-

 meris

meris: nam si posuisset, dixisset confectionem habere ℔ iij & ß. ʒ j. Itaque ʒ j. seminis Cucumeris, adiecta est à posterioribus: nihil tamen refert, cùm potius conducat.

Per semina Cucurbitæ, Cucumeris, &c. debet intelligi exempta eorum medulla: idq; semper intelligendum est, cùm pulueres horum seminum ingrediuntur in confectiones quascunque.

P, C. SCHOL.

Cinnamomi.] *Cinnamomum ex hoc medicamento erroneè reiicit Fuchsius, cùm vetera plurima exemplaria id contineant: quod rationibus etiam constare demonstrari posset.*

DATVR acutas & peracutas patientibus, & maximè Causoni & Synocho in principio, in augmento & statu ægritudinis. Et sine Diacridio potest exhiberi in omni hora diei. Cum Diacridio verò, in aurora matutinali, & cum cautela, quoniam est solutiuum forte.

Diaprunum compositum laxatiuum D. Nicolai.

℞. Diapruni non laxatiui adhuc recentis & calidi ℔ iiij.
Scammoneæ præparatæ ʒ ij.
Misce & repone.

Diacatholicon Nicolai.

℞. Pulpæ Casiæ fistulæ
Pulpæ Tamarindorum
Senæ mundatæ ana ʒ ij.

Rha

Rhabarbari Violarum Polypodij
Anisi ana ʒ j.
Penidiarum
Sacchari Candi ana ʒ j.
Glycyrrhizæ Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli Seminis Cucumeris
Seminis Melonis ana ʒ ij.

Conterenda conterantur, & seminum quatuor maiorum nuclei incidantur: posteà omnia simul conficiantur, cum subsequenti syrupo:

℞. Polypodij ʒ iij.

Coquatur in aqua cælesti q.s. addendo Sacchari optimi ℔ ij.

Nicolaus Alexandrinus hanc confectionem vocat Catholicum, è quo desumpta est: is paulò aliter eam describit: sed quia impressum Nicolai exemplar in hac confectione valde mendosum est, malui ex concordi aliorum traditione hanc adscribere.

Confert acutis & peracutis morbis: emollit enim, alterat, roburque addit iecinorosis & lienosis.

Electuarium Indum maius
D. Mesuæ.

℞. Cinnamomi Garyophyllorum
Spicæ Indicæ Rosarum
Casiæ ligneæ veræ [*aut succedanei eius.*]
Macis
Cyperi [*videlicet rotundi*] ana ʒ iiij.
Santali Citrini ʒ ij. ß.
Ligni aloës
Nucis moschatæ ana ʒ ij.

*Turbith optimi ʒ L. [*id est, quinquaginta.*]
Sacchari
Penidiarum ana ʒ XX.
Galangæ Cardamomi maioris
Cardamomi minoris Asari
Mastiches ana ʒ j. ß.
Diagridij ʒʒ j. ʒ iiij.

Omnia terantur, & cum oleo Amygdalino dulci fricentur, & cum subsequenti syrupo conficiantur.

℞. Succi Cytoniorum
Succi Granatorum Succi Apij
Succi Fœniculi omnium depuratorum ana ℔ ß.

AMellis despumati optimi ℔ iij. ʒ iiij.

Decoquantur succi cum melle ad spissitudinem iustam secundum artem.

P. C. SCHOL.

A ℔ iij. ʒ iiij.] *Cùm Mellis triplum ad reliquorum pondera Cordus plerumque requirat, hîc Mellis* ℔ *iiij. ß. posuerat, ingredientia Sacchara pulueribus ceteris connumerans, quod alicubi tamen non effecit. Itaque num Sacchara pulueribus sint annumeranda, vt ea ratione Mel quoque triplicandum sit, nihil hîc Fuchsius, nihil Dessennius, nihil Apollo fatu dignum; vt nec in Amygdala, Pineas, Dactylos recipientibus medicamentis; cùm alioquin futilibus interdum paginas repleant. Ceterum (vt hîc id obiter dicam) huius iam narrati dubij, Diaphœnicon admodum est controuersum.*

Ex-

Excrementa humorum, maximè pituitosorum ac putridorum, ventriculo & aliis nutritoriis instrumentis educit, crassos in iis etiam flatus dissoluit, malaque hinc nata sanat: verbi gratia, inflationem ventriculi, colicos & renum dolores.

Electuarium Indum minus D. Mesuæ.

℞. Turbith optimi ʒ vj.
Sacchari tantundem Macis
Garyophyllorum Piperis Zingiberis
Cinnamomi electi
Cardamomi maioris
Nucis moschatæ ana ʒ vij.
Scammoneæ correctæ ʒ xij.
Mellis optimi despumati triplum, hoc
* est ℔ ij. ℥ j. ʒ j.

P. C. Schol.

A Turbith ʒ vj.] *Mihi, Dessennio, aliisq; videtur Cordus hîc mutilus, Turbith tantùm sex drachmas huic medicamento indens, centum drachmas in Mesue scriptum fuisse dicentibus multis. Ego verò cùm nulla ratione centum drachmas admittere queam, medicamenti inscriptionis ratione habita, qua Indum minus apellatur, vix quinquaginta drachmas admittendas esse concedere possum, vt in Indo maiori: ni in ambabus idem Scammonij pondus citra controuersiam cerneretur. De decem tantùm drachmis aut duodecim, deq; vigintiquinque drachmis legentibus quibusdam exemplaribus nunc nihil dico. Tanta est hoc in pondere hîc varietas.*

Interim si Turbith pondus præter Cordi mentem augetur, augenda quoque erit pro triplicitatis ratione mellis quantitas.

HABET intentionem maioris.

Confectio Hamech maior D. Mesuæ.

℞. Myrobal. Citrinorum ʒ iiij.
Chebulorum Indorum
Rhabarbari ana ʒ ij.
Agarici Colocynthidis
Polypodij quercini ana ʒ xviij.
*Absinthij Thymi
*Senæ ana ʒ vj.
Violarum ʒ xij.
Epithymi ʒ ij.
Anisi Fœniculi
Rosarum ana ʒ vj.
Succi fumi terræ ℔ j.
Prunorum numero lx.
Passularum maiorum enucleatarum ʒ vj.

Infundantur omnia in seri quantitate sufficienti, & ponantur in vitreato vase angusti orificij bene obturato, & dimittantur per dies quinque. Postea ad ignem ferueant vna atq; altera ebullitione: deinde colentur: in parte colaturæ dissolue
Pulpæ Casiæ ʒ iiij.
*Pulpæ Tamarindorum ʒ v.
Mannæ ʒ ij.

Agitentur simul, & adjiciatur
*Sacchari in altera colaturæ parte clari-

clarificati ℥ j. ſ.

Coquantur ſimul ad mellis ſpiſſitudinem : deinde aſpergatur ſubſcriptarum ſpecierum puluis :

Scammoneæ bonæ ʒ j. ſ.
Myrobal. Citrinorum
Chebulorum
Indorum ana ʒ ſ.
Bellericorum
Emblicorum
Rhabarbari
Seminis fumi terræ ana ʒ iij.
Spicæ nardi Indicæ
Aniſi ana ʒ ij.

Conſice ſecundum artem.

MORBIS omnibus ex flaua bile & pituita ſalſa natis, nempe impetigini, ſcabiei, elephantiæ & cancro ſuccurrit. In ſumma, omni fœditati cutis à biliosis, & aduſtis humoribus procreatæ conuenit.

Confectio Hamech minor D. Meſuæ.

℞. Myrob. nigrorum [*id eſt, Indorum.*]
Chebulorum
Epithymi ana ʒ L.
Fumi terræ
Abſinthij ana ʒ XX.
Thymi Calaminthæ
Polypodij quercini
Agarici Glycyrrhizæ
Bugloſſæ, ana ʒ X.
Stœchados Arabicæ

Chamæ-

Chamædryos [*videlicet veræ.*]
Chamæpityos [*id est, Iuæ moschatæ.*]
Bedeguaris [*eius loco sume Cardui benedicti.*]
Anisi ana ʒ v.
Prunorum Iuiubarum
Sebestен ana num. LXX.
Passularum enucleatarum ℔ j.
* Decoquantur in aqua sufficienti vsque ad tertias. Colentur, & colaturæ addantur Sapæ ℔ ij.
* Mellis despumati ℔ j.
Scammoneæ correctæ ʒ ij.
Coquantur lento igne vsque ad mellis spissitudinem.

PVRGAT Melancholiam, & vstos humores alios: ob id confert maniæ, melancholiæ, vertigini, obliuioni, & vitiis cutis, qualia sunt psora, id est, scabies, morphæa, cancer, elephantia, impetigo.

Diaphœnicon D. Mesuæ.

℞. Dactylorum Hieron enucleatorum, ac tribus diebus in aceto maceratorum ʒ ij. ϑ ij.
Penidiarum ʒ j. ϑ j.
Amygdalorum ʒ v.
* Turbith ʒ v. ϑ ij. ß.
* Scammoneæ [*i. Diagridij.*] ʒ ij. aliis ʒ iij. ϑ ij.
Zingiberis Piperis longi
Foliorum Rutæ

Cinna-

Cinnamomi Macis Ligni aloës
Anisi Fœniculi Dauci
Galangæ ana ℈ j. ℥ v.
Mellis despumati triplum, hoc est, ℔ j.
A ℥ iij. ʒ vj.
Fiat secundum artem electuarium.

P. C. Schol.

A *Mirum est in hoc tam frequentis vsus, támque dubiosæ atque difficilis compositionis medicamento, adeò vt etiam à duobus Pharmacopœis vix eodem concinnetur modo; mirum inquam hic silere, nihilque serij dicere (vt Fuchsium sileam) Francisc. Apollinem, eundémque tam insipidum esse, vt quid per Amygdala absolutè hîc posita, intelligendum; quantum Scammonij (nam admodum diuersa est lectio) quantum Mellis in quo hoc loco grandior, quàm in quouis alio medicamento, cardo versari deberet, sumendum sit, nihil Apolline dignum proferat, aut ridicula indicet atque scribat; cùm tamen plurimis locis, verborum ac vocum inanium multas myriades temerè ac futiliter effundat. Quoniam verò (quantum ad Mellis quantitatem attinet) se neque hîc vniuersali regula abuti velle dicat Franciscus: per quam si Mellis triplum intelligat, nonne libræ nouem Mellis hîc sumendæ erunt admodum à tribus procul? Num igitur ad auctoris mentem compositionem hanc se restituisse, vt inquit, gloriari debet? Hunc itaque, hunc Apollinem consulat Pharmacopœus oportet, vt radiis eiusdem illuminatus (nam vndique ferè est sibi similis) vndequaque etiam cæcutiat atque exorbitet.*

Febribus

Febribus compositis & diuturnis auxiliatur. Bilem enim flauam & pituitam ducit. Colicis cruciatibus mirificè confert : item doloribus ventriculi, & aliis malis ex crudo humore ortis.

Diaphœnicon in forma solida.

℞. Dactylorum infusorum in aceto tribus diebus ac noctibus numero vj.
Seminis Liguſtici ʒ ij.
Pineorum nucleorum
Amygdalorum dulcium ana ʒ xv.
Turbith ʒ xii.
Diagridij ʒ xj.
Sacchari Candi ℥ ij.
Piperis longi Zingiberis
Foliorum Rutæ.
Cinnamomi Macis Fœniculi
Aniſi Dauci Galangæ
Ligni aloës ana ʒ j.
A Sacchari ℔ j.

Fiat confectio in rotulis, ſecundum artem:

Iſta confectio ſolida Diaphœnicum pleriſq; medicis eſt vſui.

P. C. SCHOL.

A ℔ j.] *Mutilum in hac Sacchari quantitate eſſe Cordum, ſi ad præcedentis Diaphœnici, aliásve cum Saccharo paratorum medicamentorum rationes contuleris, neceſſe eſt; Typographi forſan vitio. In eandem nihilominus naſſam ſatis imprudenter, immò pueriliter cecidere Fuchſ. & nonnulli alij : ita cæcus cæco duce labitur.*

Diaſena

Diasena D. Nicolai.

℞. Senæ ʒ iij
Auellanarum tostarum num. L.
Serici tosti ʒ ij.
Lapidis Armeni loti ʒ j.
Lapidis Lazuli loti ʒ iij.
Sacchari ʒ vj.
Cinnamomi ʒ j.
Garyophyllorum Galangæ Piperis
Spicæ nardi Indicæ Ocymi
Foliorum Garyophyllorum
Cardamomi
Croci Zingiberis Zedoariæ
Florum Rorismarini
Macropiperis ana ʒ ij.
Mellis despumati ℥ ij.

LAPIS *Armenus, est similis lapidi Lazuli sed non est tantopere cæruleus, sed magis viridis.*

FOLIA *Garyophyllorum sunt similia foliis Lauri, & odorem atq; saporem habent Garyophyllorum: eorum loco sume Garyophyllos ipsos.*

Succurrit melancholicis, mania vexatis, & quartana tristitiaque affectis, lienosis, & omnibus malis ex atra bile procreatis.

Benedicta laxatiua D. Nicolai.

℞. Turbith electi
Sacchari ana ʒ x.
ADiagridij Esulæ
Hermodactylorum
Rosarum ana ʒ v.

Garyo-

Garyophyllorum
Spicæ nardi Indicæ
Zingiberis Croci Saxifragiæ
Macropiperis
Amomi [*sumatur Acorus verus eius loco, vel Calamus aromaticus.*]
Cardamomi minoris Seminis Apij
Salis Gemmei Galangæ Macis
Carui Fœniculi Seminis Asparagi
Seminis Ruſci [*id eſt, Bruſci.*]
Granorum ſolis [*id eſt, Milij ſolis.*] ana
ʒ j.
Mellis deſpumati optimi triplum, hoc
* eſt ℥ j. ʒ v. ʒ v.
Couſice ſecundum artem.
Per ſemen Aſparagi & Ruſci intellige carnem & pulpam eius: reiectis nucleis oſſeis.

P. C. SCHOL.

A Eſulæ.] *Nullo pacto placent Fuchſii aliorumq; ſententiæ, hîc Eſulæ ʒ x eſſe ſumendas arbitrantes: etenim cum Cordo ʒ v. ſufficere bona ratione dico. Breuis vndique eſſe cogor.*

HVMORES pituitoſos, potiſſimum ad articulos decumbentes, elicit. A renibus quoque & veſica purgat.

Electuarium Eleſchof ſiue Epiſcopi D. Meſuæ.

℞. Scammoneæ Antiochenæ
Turbith optimi ana ʒ vj.
Garyophyllorum
Cinnamomi Zingiberis

Myro

Myrobal. Emblicorum
Nucis moſchatæ
Polypodij ana ʒ ij. ß.
Sacchari ʒ vj.
Mellis deſpumati triplum, id eſt ℥ x.
ʒ j.

P. C. SCHOL.

Sacchari ʒ vj.] *Præter exempla ex Meſue, præterq; rationes, Fuchſius & Franciſcus Alexand. hic* ʒ vj. *legunt.*

BILEM flauam & pituitam elicit, flatus quoque expellit, doloribus articulorum, lateriſque prodeſt, itemque colicis cruciatibus: ad renes etiam & veſicam decumbentes humores expurgat.

Electuarium de Pſyllio D. Meſuæ.

℞. Succi Bugloſſæ domeſticæ
Succi Bugloſſæ agreſtis
Succi Endiuiæ
Succi Apij, omnium coctorum & deſpumatorum ana ℔ ij.
Succi fumi terræ ʒ iij.

In quibus macerentur per xxiiij. horas ſubſequentia:

℞. Cuſcutæ Anifi Senæ ana ʒ ß.
Capilli Veneris m. j.
Aſari ʒ iiij.
Spicæ nardi Indicæ ʒ ij.

Bulliant aliquantulum, adjiciendo
Violarum ʒ iij.

Epithymi ʒ ij.

Hæc postquàm modicè bullierint, colentur, & colaturæ injiciantur

Psyllij seminis integri ʒ iij.

Macerentur per xxiiij. horas, singulis horis agitando: deinde sume expressæ à Psyllio mucilaginis ℔ iiij.

Sacchari albissimi ℔ ij. ß.

Coquantur lento igne ad perfectionem, addendo pulueris

Trochiscorum Diarhodon
℞ de Spodio
de Rhabarbaro ana ʒ j.
de Berberis ʒ ß.

℞ Scammonij in Cytonio malo cocti ʒ iij.

Confice secundum artem.

Per bugloſſam domesticam potes intelligere Boraginem, vel magnam illam Italicam Bugloſſam.

P. C. SCHOL.

A Asari ʒ iiij.] *Sic legendum esse, vtè quoque Fuchsius monet. Cordus enim, Asari, Spicæ ana ʒ ij. perperam hìc legebat.*

FLAVAM bilem euocat, febribus ardentibus & curatu difficilibus auxiliatur, dolori capitis & vertigini à bilioſorum humorum euaporationibus procreatis, morbo regio, & iecori supra modum calefacto.

Electuarium Rosatum D. Mesuæ.

℞. Succi rosarum rubearum perfectarum ℔ iiij.

Saccharī

Sacchari Tabarzeth [*id est, albi*] ℔ j. ß.
Mannæ puræ & recentis ʒ vj.
Scammoneæ Antiochenæ. ʒ j. ß.

Coquantur sensim ad ignem molliusculum, dum ad mellis consistentiam vsque densescant: deinde inspergе
Trochiscorum de Spodio ʒ j.
Trochiscorum de Berberis ʒ iiij.
Galliæ moschatæ veræ
Croci ana ʒ ij.

Reponatur in vase vitreo.

EST cholagogum clemens, ob id salubre biliosis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero.

Electuarium de Succo Rosarum D. Nicolai.

℞. Succi Rosarum rubrarum
Sacchari albissimi ana ℔ j. ʒ iiij.
Diagridij ʒ j. ʒ iiij.
Santali rubri Santali albi
Santali Citrini ana ʒ vj.
Spodij de Ebore ʒ iij.
Cephuræ ℈ j.

Succus Rosarum cum Saccharo ad iustam consistentiam coquatur, deinde tritæ species adjiciantur.

Hæc compositio potest fieri in forma solida.

Expellit flauam bilem citra molestiam: ad morbos articulorum ex biliosis & calidis humoribus natos, ad

febresque tertianas confert.

Diaturbith cum Rhabarbaro D. Montagnanæ.

℞. Turbith optimi
Hermodactylorum ana ʒ ß.
Rhabarbari ʒ x.
Diagridij ʒ iiij.
Santali albi Santali rubri Violarum
Zingiberis ana ʒ j. ß.
Mastiches Anisi Cinnamomi
Croci ana ʒ ß.
Sacchari albissimi triplum, hoc est ℔ j. ʒ ij. ʒ ij.

Potest fieri in liquida & solida substantia.

EST Cholagogum, Phlegmagogum, & Melanogogum.

* *Diaturbith maius D. Petri de Tussignano.*

℞. Turbith optimi ʒ ß.
Diagridij
Zingiberis ana ʒ iiij.
Cinnamomi
Garyophyllorum ana ʒ ij.
Galangæ Piperis longi
Macis ana ʒ j.
Sacchari albissimi ʒ viij. ʒ v.

DVCIT phlegmaticos humores, & purgat, & calefacit.

Dia-

Diaturbith minus Zezaris, ex Mesuæ cap. de Turbith.

℞. Turbith albi & gummosi ʒ x.
Zingiberis ʒ v.
Mastiches ʒ iij.
Sacchari albissimi ℥ vj. ʒ vj.

LEVITER purgat phlegma à stomacho.

A *Diacarthamum D. Arnoldi de Villanoua.*

℞. Specierum Diatragacanthi frigidi ℥ ß.
Pulpæ Cytoniorum ℥ j.
Medullæ seminis Carthami ʒ iiij.
Zingiberis albi ʒ ij.
Diagridij ʒ ij.
Turbith ʒ vj.
B Mannæ granatæ ʒ ij.
Mellis rosati colati ℥ j.
Hermodactylorum ʒ iiij.
Sacchari albissimi ℥ x. ʒ iij.

Fiat in liquida substantia.

Cùm autem species reseruare volueris, mel rosatum non conuenit addere.

PVLPA *siue caro Cytoniorum hîc requiritur exsiccata.*

P. C. SCHOL.

A Diacarthamum.] *Cùm apud diuersos auctores diuersimodè legatur* Diacarthami *descriptio, atque hanc quoque ab Arnoldi variare dicat* Franc. Alexan-

Alexander; Arnoldo tamen hanc acceptam feremus, tantisper dum eiusdem genuinam descriptionem Franc. Apollo in Arnoldi nobis libris commonstrauerit. Interea quoniam hanc vtilem repererint multi, eam conficere Officinæ possunt.

B Mannæ ʒ ij.] ℥ ij. *hîc legi debere vel pueri animaduerterent. ita vt à tot tantisque viris (qui alioquin se satis emunctæ naris esse putant) id non esse olfactum, stupescam. Sed innumera huiuscemodi hocce in libello restituta conspicies, ab aliis ne cogitata quidem; quorum rationes in aliud tempus seruamus.*

PRODEST in euacuatione choleræ & phlegmatis.

A *Hiera Picra simplex D. Galeni.*

℞. Cinnamomi
Xylobalsami [*aut succedanei eius.*]
Asari Spicæ nardi Indicæ Croci
Mastiches Chiæ ana ʒ vj.
Aloës non lotæ ʒ c.
Mellis despumati ℔ iiij. ℥ iij.

Cùm hæc confectio magis confortatiua quàm solutiua esse debeat, cum aloë lota conficienda est.

P. C. SCHOL.

A *Vt ex ipsissima Galeni mente confectio hæc paretur, qualiq; modo à peritis medicis hodie confici iubetur: Croci ʒ v. & Aloës ʒ xc. tantùm imponendæ sunt.*

CONTRA bilioſos, putres, marcidosque humores, qui ori ventriculi insederunt,

ſederunt, remedio eſt; item iis quorum faciem pallor decolorauit: iis quoque quorum oculis obiectæ culicum aut pilorum imagines obuerſantur, alui recrementa mediocriter mouet, ad iecur vſque progediens: lædit quibus iecur calidius exhibet negotium, & ſtomachum iuuat.

Hiera picra cum Agarico.

℞. Specierum Hieræ ſimplicis ſine Aloë
Agarici Trochiſcati ana ʒ iiij.
Aloës non lotæ ℥ j.
Mellis deſpumati ℥ vj.

Hiera Picra compoſita D. Nicolai.

℞. Cinnamomi
Spicæ nardi Indicæ
Croci Schœnanthi Aſari
Xylocaſiæ
Xylobalſami } *quorum loco ſumantur ſuccedanea, vt ſuprà.*
Carpobalſami }
Violarum Abſinthij
Epithymi Agarici
Roſarum Turbith
Colocynthidis
AMaſtiches ana ϑ ij.
Aloës non lotæ ʒ x. ϑ ij.
Mellis deſpumati ℥ viij.

P. C. Schol.

A Ana ϑ ij.] *Fuchſius ana ʒ ſi legi vult,*

Cordum reprehendens cùm in idem recidant: concluduntur enim simplicia omnia vnico ana: & Aloës ad pondus omnium legunt Nicolai exemplaria. Inanis itaque est Fuchsii reprehensio.

FACIT ad diuersas capitis, & aurium, & oculorum distemperantias. stomachum quoque optimè purgat, affectiones hepatis emendat, splenis duritiem & densitatem extenuat. Renibus & vesicæ prodest, & matricis distemperantiam emendat.

Hieralogodium, seu potius Hiera Logadij D. Nicolai.

℞. Pulpæ Colocynthidis
Polypodij ana ʒ ij.
Euphorbij Polij montani minoris
Cocci Gnidij ana ʒ j. ß. ℈ vj.
Abſinthij
Myrrhæ Troglodyticæ ana ʒ j. ℈ xij.
Centaureæ minoris
Agarici Hammoniaci
Folij [*aut succedanei eius.*]
Spicæ nardi Indicæ Scyllæ assatæ
Diacridij ana ʒ j.
Aloës Comarum Thymi
Casiæ ligneæ Chamædryos Bdellij
APrassij ana ℈ ij. ℈ xiiij.
Cinnamomi Opopanacis Castorei
Aristolochiæ longæ Leucopiperis
Macropiperis Malanopiperis Croci
Petroselini Macedonici
Sagapeni aua ʒ ß.

Helle-

Hellebori nigri
Hellebori albi ana ℊ vj.
* Mellis despumati triplum, hoc est ʒ x.
ʒ iij. ϑ j. ℊ iiij.

Quædam exemplaria habent Colocynthidis ʒ ij. sed maximo errore: nos itaque veram compositionem Nicolai Alexandrini sequimur qui habet hanc proportionem.

COCCI *Gnidij debent esse ʒ j. ß. ℊ xij. si Alexandrinum Nicolaum sequi volumus impressum, qui habet ʒ xvij. & hæc compositio habet decimam partem Nicolai: itaque si ʒ j. ß. & ℊ xij. multiplicentur per decem, erunt ʒ xvij.*

Nota ϑ ij. & ℊ xiiij. sunt decima pars drachmarum nouem: in Nicolao autem Alexandrino impresso non nouem, sed undecim legitur: sed hoc factum est vitio librariorum, xj. pro ix ponentium, quamuis impressus codex pro xj. habeat II. id est undecim per ciphras scriptum. Quod autem legendum sit ix. & non xi indicat degradatio ponderis in tota hac confectione.

P. C. SCHOL.

A ϑ ij. ℊ xiiij.] *Fuchsius sinistrè ex Myrepso legit hic ϑ j. tantùm.*

B *Cocci Gnidij debent esse ʒ j. ß. ℊ xij.*] *In Nicol. Alex. non aduertit mendum Cordus. Non enim ʒ xvij. sed xvj. legendum esse, & ratio & Myrepsus Fuchsij docent: quare in contextu ʒ j. ß. ℊ vj. rectè à Cordo posita sunt, præter suam ipsiusmet existimationem.*

EXTERMINAT diuturnas & inueteratas passiones, id est, maniam, &

omnes melancholias atque epilepsias. Scotomaticos, id est vertiginosos & spumantes, caducos, & qui sibi præmordent linguam, cephalalgicos, hemicranicos, & qui ita vexantur ex capitalibus commotionibus, vt videantnr quasi dæmonium habere, qui appellantur spatici, data purgat, ne incendium aut lipothymia generetur corpori, quod suprascriptis passionibus subiacet, quibus inuitis etiam medetur. Paralyticis & tremulis subuenit: Datur indigestis, cardiacis, pleuriticis, hepaticis, splenecticis, Elicit menstrua. Nephreticos; arthriticos, & ischiadicos subleuat: Venena & venenatas passiones & morsus admodum persanat: Lepras & varias zermas emendat. Est autem sine vllo periculo, neque alias molestias infert accipientibus, daturque de ea ter in mense pondus drachmarum trium cum mulsæ cyathis iij. & salis cochleari.

Hiera Pachij, ex descript. Nicolai Alexandrini.

℞. Stœchados Marrubij
Chamædryos Agarici
Colocynthidis ana ℥ x.
Opopanacis Sagapeni
Petroselini Mali terræ
Piperis albi ana ℥ v.
Cinnamomi Spicæ nardi:
Myrrhæ:

Myrrhæ
Folij
Croci ana ℈ iiij.
Mellis despumati triplum, id est ℈ CCLXXXV. qui faciunt ℔ iij. ʒ iiij. ℈ v.

Arida omnia in tenuissimum puluerem tundito: liquores verò, opopanacem, sagapenum, electa & pura in mortario tundito: deinde in feruenti mortario cum melle despumato feruenti adhuc vnito, ac reliquis misceto, cùm omnino leuigata fuerint. Cùm verò mel ad dissoluendos hos liquores accipies, de supra scripta quantitate sumito, nihil addendo.

MALVM *terræ, id est, radix Aristolochiæ rotundæ veræ.*

Scribonius Largus mirum in modum effert huius Hieræ virtutes, quemadmodum etiam Marcellus. Itaque non abs re fuerit tutò ea vti, cùm & nos eius efficaciam aliquoties experti sumus.

℈ *hæc nota significat Romanis scriptoribus denarium. Est autem denarius pondus Romanum drachma paulò granius. Nam drachmæ octo faciunt vnciam, cùm denarij septem constituant vnciam: non rarò tamen indifferenter pro drachma accipitur, sed malè.*

Compositio hæc sanat morbo comitiali correptos, furiosos, scotomaticos, cephalalgicos, facit ad deprauatam in vtramlibet partem. Ad Tetanum, & Cynicum spasmum, præcipuè verò ad pecto-

pectoris & lateris dolores prodest, ex qualibet causa factos siue latente & occulta, siue manifesta. Præterea neruorum tensionibus mirificè conuenit :: Prodest ad articularium morbum, ad spinæ totius & lumborum dolorem. Duritias in mammis mulierum cum dolore consistentes, ex toto interdum sanat. Ad stomachicos euidenter conuenit. Remediat enim eos quibus frequenter acescit cibus, aut assiduè nauseant aut saliua abundant, præcipuè verò Melancholicis benefacit, &c.

Carthaticum Imperiale D. Nicolai Alexandrini.

℞. Diagridij
Sacchari ana ʒ viij.
Cinnamomi Nardi Saxifragiæ
Polypodij ana ʒ iiij.
Garyophyllorum Zingiberis
Celticæ [*id est, Spicæ Celticæ.*]
Macropiperis Melanopiperis
Cardamomi.
Amomi [*eius vice sume nostrum Calamum aromaticum.*] ana ʒ iij.
Mellis despumati ℔ j. ʒ iiij. ʒ vij.

SAXIFRAGIA, *quam Græci describunt, mediam habet figuram, & magnitudinem inter Pulegium & Thymum. Germanicè vocatur Stinplei.*

CAPVT optimè purgat, os bene olens

olens reddit, ex ſtomacho & toto corpore vtramque bilem deducit.

Puluis medicaminis Turbith D. Auicennæ.

℞. Zingiberis albi
Maſtiches ana ʒ x.
Turbith ſubtiliſſ. puluerizati ʒ x.
Sacchari Tabarzeth quantum eorum eſt.
Commiſceantur.

Pvrgat humores phlegmaticos, datur pueris, mulieribus, ſenibus, & humidis, delicatis & otioſis.

Puluis Senæ præparatæ D. Montagnanæ

℞. Senæ ʒ xij.
Zingiberis
Macis ana ʒ iij.
Cinnamomi
Tartari ana ʒ ß. ſ.
Hæc in puluerem redacta commiſceantur.
Doſis ʒ ß. ante cœnam.

Pvrgat caput mirabiliter.

Puluis aut Tragea laxatiua.

℞. Turbith ʒ ß.
Zingiberis Cinnamomi
Maſtiches Galangæ
Cardamomi minoris
Garyophyllorum
Aniſi Hermodactylorum
Diagridij

Diagridij ana ʒ ß.
Foliorum Senæ ʒ ij.
Sacchari ʒ iiij
Miſceantur in puluerem contrita.
Purgat choleram, phlegma & melancholiam.

Puluis Sternutatorius.

℞. Radicum Pyrethri ʒ ß.
Caſtorei ʒ ß.
Hellebori albi
Hellebori nigri ana ʒ j.
Maioranæ m. j.
Miſceantur, fiat puluis lege artis.

Naſalia.

℞. Calaminthæ
Maioranæ Radicis Ireos
Seminis Nigellæ Caſtorei
Seminis Staphyſagriæ ana ℈ j.
Hellebori albi Pyrethri
Nucis moſchatæ Myrrhæ rubeæ
Euphorbij ana ℈ ij.
In pulueres ſingula conterantur, deinde cum Ladani ʒ vj. & melle modico formentur naſalia.

SVPPOSITORIA.

Suppoſitoria ſimplicia conficiuntur ex melle & ſale ſimul coctis ad debitam craſſitiem.

Species

Species ad Glandes, aut Suppoſitoria acuta conficienda.

℞. Hellebori albi
Granorum Colocynthidis ana ʒ j. ß.
Eſulæ præparatæ
Hermodactylorum ana ʒ j.
Specierum Hieræ picræ ſimplicis Galen. ʒ ij.
Miſceantur puluerizata.

PILVLÆ,

Pilulæ Alephanginæ D. Meſuæ.

℞. Cinnamomi Cubebarum
Ligni aloës
Calami aromatici Macis
Nucis moſchatæ
Cardamomi Garyophyllorum Aſari
Maſtiches Schœnanthi
Spicæ Indicæ
Carpobalſami [*aut ſuccedanei eius.*] ana ʒ j.
Abſinthij ſicci
Roſarum ana ʒ v.

Conterantur groſſo modo, & infundantur in aquæ ℔ duodecim, & coquantur lento igne in duplici vaſe vſque ad conſumptionem duarum partium, id eſt, ad remanentiam tertiæ partis: deinde exprimantur fortiter, & colentur. In colaturæ ℔ duabus diſſolue Aloës Succotrinæ multoties in vitreo vaſe lotæ,

lotæ, cum aqua pluuiali, & iterum ficcatæ ℔ j. agitentur simul continuè in Sole: deinde addantur pulueris Myrrhæ, Mastiches ana ʒ v. Croci ʒ iij. Deinde quod reliquum est colati decocti ex aromatibus etiam affundito, & exiccentur ad Solem vel in stufa, admiscendo subinde quod densatum est, liquido: & linteo puro vas obtegatur aduersus incidentium muscarum & sordium iniurias. Postremò reponatur massa, & fiant Pilulæ paruæ cùm necessitas requirit.

PILVLAE *Alephanginæ compositæ sunt à Mesue, vt confortent potius stomachum & cerebrum, quàm vt aluum ducant. Propterea Aloën toties lotam requirit, & nullum solutiuum medicamentum eis admiscet, sed confortantia omnia, nisi quis solum Asarum excipiendum esse contendat.*

Istæ Pilulæ vbique sunt in frequenti vsu, sed rariſsimè vt decebat conficiuntur. nam detrahunt ponderi & numero aromatum, & augent pondus Aloës: quidam etiam impuriſsimam Aloën admiscent, atque ipsius Aloës sordes. Porrò miror cur Mesue iubeat vt decoquantur aromata, cùm tamen omnia aromata tenuiſsimis constent virtutibus, quæ facilè inter decoquendum resoluuntur. Adeò etiam, vt deinde ipsum decoctum aut colatura, prorsus non sapiat aromata quæ incocta fuerant. Sed quia ita præparari hanc massam voluit Mesue, in nulla re immutabimus eius placitum.

Quidam

Quidam confectioni huius massæ Pilularum Alephanginarum consulentes, dimidiam aromatum partem cum aqua decoquunt, & Aloën in coctura dissoluunt: alteram autem partem aromatum in minutissimum puluerem radactam, inter exiccandum massæ admiscent, non absurda admodum ratione si aromatica decoctionem sustinerent.

VENTRICVLVM, cerebrum, & sensoria humoribus crassis, putridis, pituitosis purgant, & inde natum dolorem dissipant, ventriculum roborant, & concoctionem eius iuuant.

Pilulæ Assaieret D. Auicennæ.

℞. Specierum Hieræ picræ, descriptione Galeni ʒ j.
Mastiches
Myrobal. Citrinorum ana ʒ ß.
Aloës optimæ ʒ ij.
Syrupi de Stœchade q. s.
Fiat Massa

BILEM flauam & pituitam sine molestia è vẽtriculo potissimùm vacuant. Quapropter iis qui caput è ventriculo dolent, conueniunt.

Pilulæ Arabicæ D. Nicolai.

℞. Aloës optimæ ʒ iiij.
Radicis Bryoniæ
Myrobalanorum Citrinorum
Myrobal. Chebulorum
Myrobal. Indorum
Myrobal. Bellericorum.

Myrob. Emblicorum
Maſtiches Diacridij Aſari
Roſarum ana ʒ j.
Caſtorei ʒ iij.
Croci ʒ j.
Succi Fœniculi q. ſ.
Fiat Maſſa.

VALENT ad capitis dolorem, vertiginem, hemicraniamque. Lætitiam generant, mentisque vigorem conſeruant. Viſum acuunt, auditumque amiſſum reparant: Ac ſtomachum à vitioſis humoribus purgant.

Pilulæ Arthriticæ ſiue Arthreticæ D. Nicolai.

℞. Hermodactylorum Turbith
Agarici ana ʒ iiij.
* Colocynthidis Caſiæ ligneæ veræ
Spicæ nardi Indicæ
Caryophillorum
Xylobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Carpobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
* Macis Galangæ
* Zingiberis Maſtiches
* Aſſæ fœtidæ Fœniculi
Aniſi Saxifragiæ Seminis Aſparagi
Seminis Ruſci [*id eſt, Bruſci.*]
Roſarum
Granorum ſolis [*id eſt, Milij ſolis.*]
Salis gemmei ana ʒ ß.
* Scammonij ʒ ij.
Aloës optimæ ad pondus omnium

Su

Succi Fœniculi q. ſ.
Fiat Maſſa.

Ex Aſparagi & Ruſci ſeminibus tantùm pulpa illa carnoſa accipi debet, abiectis torneis ſeminibus: idq; ſemper eſt obſeruandum.

VALENT ad podagram, aliosque articulorum dolores.

Pilulæ de Agarico D. Meſuæ.

℞. Agarici ʒ iij.
Ireos
Praſſij ana ʒ j. Turbith ʒ v.
Hieræ picræ ʒ iiij.
Colocynthidis
Sarcocollæ ana ʒ ij.
Myrrhæ ʒ j.
Sapæ quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

Ego conſulerem, vt Hiera picra nondum melle commiſta acciperetur, hoc eſt ſpecies eius aromaticæ cum Aloë tantum miſtæ: intelligenda autem eſt Hiera picra ſimplex Galeni.

SAPA *eſt muſtum optimum ad tertias decoctum.*

Auxiliantur aſthmaticis, & aliis thoracis vitiis à craſſis & pituitoſis humoribus natis.

Pilulæ Aureæ D. Nicolai.

℞. Aloës
Diacridij ana ʒ v.
Roſarum
Seminis Apij ana ʒ ij. ſ.

Anisi Fœniculi
Mastiches ana ʒ ß. ſ.
Croci
Pulpæ Colocynthidis ana ʒ ſ.
Mucilaginis Tragacanthæ q. ſ.
Fiat Massa.

CAPVT expurgant, aciem oculorum exacuunt, flatus ventriculi & intestinorum dissoluunt, ac citra molestiam aluum dejiciunt.

Pilulæ Aggregatiuæ D. Mesuæ.

℞. Myrobal. Citrinorum
Raued Seni ana ʒ iiij.
Succi Eupatorij
Succi Absinthij ana ʒ ij.
Diacridij ʒ vj.
Myrobal. Chebulorum
Myrobal. Indorum Agarici
Colocynthidis
Polypodij ana ʒ ij.
Turbith optimi
Aloës ana ʒ vij.
Mastiches Rosarum
Salis gemmei Epithymi
Anisi
Zingiberis ana ʒ ſ.
Electuarij de succo Rosarũ Mesuæ q.
Fiat Massa.

RAVED *Seni, id est, Rhabarbarum Orientale optimum.*

SVCCI *Eupatorij & Absinthij debent inspissati, ut Aloë.*

Per Eupatorium hoc loco intelligendum est Eupatorium quod Mesue describit, quod idem est cum Gratiola. Germanicè vocatur Wey saurin : copiosè nascitur ad Albin. igitur hîc erit faciendus eius succus.

VALENT ad diuturnas febres, & vitia capitis, ventriculi & iecinoris. Humores item bilioſos & pituitoſos educunt.

Pilulæ Benedictæ D. Nicolai.

℞. Specierum Benedictæ laxatiuæ ʒ vj.
Mellis Roſati quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

HVMORES pituitoſos, potiſſimùm ad articulos decumbentes eliciunt, à renibus quoque & veſica purgant.

Pilulæ Cochiæ D. Rhaſis 9 ad Almanſor.

℞. Specierum Hieræ picræ Rhaſis ʒ x.
Colocynthidis ʒ iij. ϑ j.
Scammoneæ ʒ ij. ß.
Turbith
Stœchadis ana ʒ v.
Syrupi de Stœchade quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

STOECHAS *cùm ſimpliciter & indefinitè ponitur, ſemper eſt intelligenda Stœchas Arabica.*

Cephalica rectiùs appellantur, quòd ſcilicet caput magna efficacia expurgent, ex eoque ac neruis humores craſſos euacuent.

Hiera picra Rhasis 9. ad Almans. ad faciendum Pilulas Cochias.

℞. Rosarum rubearum
Spicæ nardi Indicæ Mastiches
Xylobalsami [*aut succedanei eius.*]
Carpobalsami [*aut succedanei eius.*]
Cinnamomi
*Xylocasiæ veræ [*id est, Casiæ lignea.*]
Asari [*videlicet radicum eius.*] ana ℈ ß.
℥ vj.
Aloës ʒ vj. ℈ ij.
Fiat puluis.

Pilulæ de Colocynthide D. Mesuæ.

℞. Pulpæ Colocynthidis ʒ vj.
Myrobal. nigrorum [*id est, Indorum.*]
Myrobal. Citrinorum
Sagapeni Bdellij mollis
*Sarcocollæ ana ʒ v.
Aloës ʒ vij.
Nigellæ Cymini Carmeni
Origani Persici
Nasturtij albi Salis gemmei
Absinthij ana ʒ j.
Succi porri quantum sufficit.
Fiat Massa.

CYMINVM *Carmenum, id est, Orientale, ex Carmenia regione.*

ORIGANVM *Persicum, idem est quod Creticum Origanum, & est Maioranæ simile.*

NASTVRTIVM *album, id est, Thlaspi, Germanicè Wegekressen: significat etiam Merretich.*

VALENT ad affectus pituitosos & melancholicos, vt alphos curatu difficiles, & iunctura rum dolores.

Pilulæ de Eupatorio maiores D. Mesuæ.

℞. Myrobalan. Citrinorum
Succi Eupatorij Mesuæ
Succi Absinthij ana ʒ iij.
Raued Seni [*id est, Rhabarbari.*] ʒ iij. ß.
Mastiches ʒ j.
Croci ʒ ß.
Aloës bonæ ʒ v.
Succi Endiuiæ quantum sufficit.
Fiat Massa.

MIRIFICE prosunt in febribus intermittentibus bilioſis, morbo regio, iecinorisque obstructionibus.

Pilulæ de Euphorbio D. Mesuæ.

℞. Euphorbij
Colocynthidis Agarici
Bdellij mollis
Sagapeni ana ʒ ij.
Aloës ʒ v.
Succi porri quantum sufficit.
Fiat Massa.

AD emittendam hydropicorum flauam aquam, & materiam tumoris discutiendam valent: Opem quoque afferunt lumborum doloribus, & podagræ humida causa concitatæ.

Pilulæ Fœtidæ maiores D. Meſuæ.

℞. Sagapeni Hammoniaci
Opopanacis
Bdellij mollis Colocynthidis
Seminis Rutæ
Aloës Epithymi ana ʒ v.
Hermodactylorum
Eſulæ minoris ana ʒ ij.
Scammoneæ ʒ iij.
Cinnamomi Spicæ nardi Indicæ Crocii
Caſtorei ana ʒ j.
Turbith ʒ iiij
Zingiberis ʒ j. ß.
Euphorbij ϑ ij.
Succi porri quantum ſufficit.
Fiat maſſa.

VACVANT pituitam craſſam, crudam: ob id conferunt affectibus indenatis, arthritidi, podagræ, gonagræ, dolori ſpinæ & aliarum iuncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephantiæ, & albaras.

Pilulæ Fœtidæ D. Rhaſis.

℞. Specierum Hieræ picræ Rhaſis ʒ x
Colocynthidis interioris ʒ v.
Euphorbij ʒ ij. ß.
Caſtorei Piperis Aſſæ fœtidæ
Sagapeni Opopanacis Seitaragi
Sinapi ana ʒ j.
Centaureæ minoris Elaterij ana ʒ v
Gummi, ſive lachrymæ & liquore
omne

omnes denſati, in ſucco Rutæ q. ſ. diſſoluantur: deinde admiſtis reliquis fiat Maſſa.

SEITARAGI, *ſiue Seytari Indum, eſt herba ſimilis Thlaſpi maiori, id eſt Merretich: Latinè vocatur Lepidium maius: Germanicè, Roßkreſſen, Pfefferwurtz, Romiſchkreſſen & Maurkreſſen: accipiendæ autem ſunt radices eius aut ſemina.*

ELATERIVM, *id eſt, ſuccus fructuum Cucumeris aſinini exiccatus.*

Pilulæ de Fumo terræ D. Auicennæ.

℞. Myrobal. Citrinorum
Myrobal. Chebulorum
Myrobal. nigrorum [*id eſt, Indorum*] ana ʒ v.
Aloës ʒ vij.
Scammoneæ ʒ v.
Succi fumi terræ clarificati quantum ſufficit, vt formetur ter hæc maſſa: nam cùm primò fuerit ſiccata maſſa, plus ſucci eſt addendum; & rurſum exiccetur, idque tertio eſt faciendum. Educunt è corpore humores biliosos, acres & ſalſos: ideoque aduerſus omnia cutis vitia valent.

Pilulæ de Hermodactylis maiores D. Meſuæ.

℞. Hermodactylorum
Myrobal. Citrinorum

Aloës Turbith Colocynthidis
Bdellij mollis Sagapeni ana ʒ vj.
Caſtorei Sarcocollæ Euphorbij
Opopanacis Seminis Rutæ
Seminis Apij ana ʒ iij.
Croci ʒ j. ß.
Succi caulium quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

Aduerſus podagram & arthritin proſunt.

Pilulæ Indæ Haly D. Meſuæ.

℞. Myrobal. nigrorum [*id eſt, Indorum.*]
Hellebori nigri
Polypodij ana ʒ v.
Epithymi
Stœchados ana ʒ vj.
Agarici Lapidis Lazuli loti
Colocynthidis
Salis Indi [*aut Salis gemmei.*] ana ʒ iij.
Succi Eupatorij inſpiſſati
Spicæ Indicæ ana ʒ ij.
Garyophyllorum ʒ j.
Hieræ picræ ſimplicis Galeni ʒ xij.
Succi Apij quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

VALENT ad affectus melancholicos, cancrum, elephantiam, alphos nigros curatu difficiles, melancholicum morbum, & inde ortum timorem & mœrorem, quartanam, icterum ſpleneticum & ſplenis odorem.

Pilulæ

Pilulæ Hieræ ſimplicis Galeni, lib. 6. Tuendæ val.

℞. Aloës ʒ L.
Cinnamomi
Xylobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Aſari Spicæ nardi Indicæ Croci
Maſtiches Chiæ ana ʒ iij.
Mellis roſati quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

P. C. SCHOL.

Pilulis his, vt ex Galeni ipſiſſima ſententia conficiantur, & veluti apud peritiores hodie vſus obtinuit, Aloës ʒ xlv. & Croci ʒ ij. ß. tantùm hîc indendæ ſunt.

ADVERSVS vitia ventriculi ex humoribus biliosis & pituitosis nata, proſunt.

Pilulæ de Hiera compoſitæ D. Nicolai.

℞. Cinnamomi
Spicæ nardi Indicæ Croci
Schœnanthi Aſari Xylocaſiæ
Xylobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Carpobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Violarum Abſinthij
Epithymi Agarici
Roſarum Turbith Colocynthydis
Maſtiches ana ʒ j.
Aloës ad pondus omnium, hoc eſt ℥ iij.
Fiat Maſſa cum aqua Endiuiæ.

OPEM

OPEM ferunt vitiis capitis, neruorumque ab humoribus pituitosis procreatis.

Pilulæ Hieræ cum Agarico.

℞. Specierum Hieræ simplicis Galeni
Agarici Trochiscati ana ʒ iiij.
Aloës bonæ ʒ j.
Mellis rosati quantum sufficit.
Fiat Massa.

AVXILIANTVR stomachicis, asthmaticis, & aliis stomachi ac thoracis vitiis à crassis & pituitosis humoribus natis.

Pilulæ de lapide Lazuli, siue Cyaneo D. Mesuæ.

℞. Lapidis Lazuli abluti ʒ vj.
Epithymi
Polypodij ana ʒ viij.
Scammoneæ Hellebori nigri
Salis Indi, aut gemmei ana ʒ ij. ß.
Agarici ʒ viij.
Caryophyllorum
Anisi ana ʒ iij.
Specierũ Hieræ simplicis Galen. ʒ xv
Succi Endiuiæ quantum sufficit.
Fiat Massa.

VALENT ad affectus melancholicos ex bile vsta natos.

Pilulæ de lapide Armenio D. Mesuæ.

℞. Lapidis Armeni loti & præparati

Hiera

Hieræ picræ ana ʒ v.
Epithymi Agarici
Polypodij ana ʒ viij.
Scammoneæ coctæ in Cytonio ʒ iij;
Garyophyllorum ʒ j.
Salis Indi [*aut gemmei*] ʒ j. ß.
Cum ſucco Endiuiæ conficiatur maſſa.

MELANCHOLIAM, & bilem vſtam multiplicem vtramque clementer vacuant, ob id morbis inde natis conferunt.

Pilulæ de Mezereo D. Meſuæ.

℞. Foliorum Mezerei præparatorum ʒ v.
Myrobal. Citrinorum ʒ iiij;
Myrobal. Chebulorum ʒ iij.
Confice cum Thereniabin vel Tamarindis in aqua Endiuiæ diſſolutis q. ſ.

THERENIABIN *ſive Tereniabin, eſt Manna Orientalis, quæ Græcis vocatur Droſomeli & Aëromeli.*

SEROSVM excrementum valenter purgant, ſeu aquas; ob id hydropem iuuant.

Pilulæ Lucis maiores D. Meſuæ.

℞. Roſarum Violarum Abſinthij
Colocynthidis Turbith Cubebarum
Calami aromatici Nucis moſchatæ
Spicæ nardi Indicæ Epithymi
Carpobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]

Xylo-

Xylobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Seſelios Seminis Rutæ
Schœnanthi Aſari
Maſtiches Garyophyllorum
Cinnamomi
Aniſi Fœniculi Apij
Caſiæ ligneæ [*videlicet veræ.*]
Croci Macis ana ʒ ij.
Myrobal. Citrinorum
Myrobal. Chebulorum
Myrobal. Indorum
Myrob. Bellericorum
Myrob. Emblicorum
Raued Seni [*hoc eſt, Rhabarbari*] ana ʒ v.
Agarici Senæ ana ʒ v.
Euphragiæ ʒ vij.
Aloës Succotrinæ ad pondus omnium,
* id eſt ʒ viij. & ʒ ij.
Succi Fœniculi quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

EXCREMENTA capitis pituitoſa educunt, viſumque roborant.

Pilulæ Lucis minores D. Meſuæ.

℞. Xylobalſami [*aut ſuccedanei eius.*]
Carpobalſami [*aut ſuccedanei eius.*] ana ʒ j.
Chelidoniæ [*videlicet maioris radicum.*] ʒ v.
Roſarum Violarum Abſinthij
Euphragiæ ana ʒ iij.
Senæ Epithymi

Myro-

Myrobal. Citrinorum
Myrobal. Chebulorum
Myrob. Indorum
Myrob. Bellericorum
Myrob. Emblicorum
Agarici Colocynthidis
Schœnanthi Lycij
Lapidis Lazuli loti ana ʒ ij. ß.
Aloës optimæ ad pondus omnium
Succi Fœniculi aut Chelidoniæ quantum sufficit.

Fiat Massa.

IDEM quod priora possunt, atram tamen bilem magis vacuant.

Pilulæ Mastichinæ Petri de Ebano, siue Conciliatoris.

℞. Mastiches ʒ iiij.
Agarici optimi ʒ iij.
Aloës electæ ʒ x.

Infundatur Agaricus in Aceto & Oxymelle simplici liquidiusculo per diem & noctem, & rursum exiccetur: deinde formetur Massa cum succo Artemisiæ, aut cum Syrupo de Stœchade.

P. C. SCHOL.

Eo quòd Cordus bis eandem pilularum harum descriptionem posuerat, ponderibus tantùm in altera quadruplicatis, nos vnam earum tamquam frustraneam expunximus.

Præseruant stomachum ab omni ægritudine, leniter purgant, & maximè

mè confortant, & non permittunt humores corrumpi, & qui eis vtuntur, præseruantur à doloribus stomachi, capitis, ventris, & matricis: conferunt tristibus & melancholicis, & vitia matricis corrigunt.

Pilulæ de Aloë & Mastiche D. Nicolai.

℞. Aloës ʒ j. Mastiches ʒ ß.
Garyophyllorum
Rosarum rubearum ana ʒ j.
Croci Diacridij ana ϑ ij.

Conformetur Massa cum succo fœniculi aut Absinthij.

Respiciunt virtutem naturalem: purgant incolumiter stomachum à phlegmate & à cholera.

Pilulæ de Aloë lota.

℞. Aloës lotæ cum succo rosarum rubearum ʒ j.
Agarici Trochiscati ʒ iij,
Mastiches ʒ ij.
Specierum Diamoschi dulcis ʒ ß.

Cum vino maluatico cogantur in massam.

VENTRICVLVM, cerebrum, viscera reliqua, oculos, vterum putridis humoribus purgant, & roborant.

Pilulæ de Rhabarbaro D. Mesuæ.

℞. Raued Seni [*id est, Rhabarbari.*] ʒ iij.

Succi

Succi Glycyrrhizæ
Succi Abſinthij
Maſtiches ana ʒ j.
Myrobal. Citrinorum ʒ ij. ß.
Seminis Apij
Seminis Fœniculi ana ʒ ß.
Trochiſcorum diarhodon ʒ iij. ß.
Hieræ picræ ſimplicis ʒ x.
Aquæ Fœniculi quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

IN febribus diuturnis, jecinoris obſtructionibus, & aquæ inter cutem initiis conferunt.

Pilulæ Peſtilentiales Rufi, quæ aliter De tribus vocantur.

℞. Aloës electæ ʒ ij.
Myrrhæ optimæ ʒ j.
Croci ſinceri ʒ ß.
Confice cum vino aromatico.

MIRICE aduerſus peſtiferæ luis contagia populatim graſſantia pollent. Humores etiam ventriculo immerſos educunt.

Pilulæ de Sarcocolla Haly D. Meſuæ.

℞. Sarcocollæ ʒ iij.
Turbith ʒ iiij.
Colocynthidos
Zingiberis ana ʒ j. ß.
Salis gemmei ʒ j.

Aquæ Roſarum quantum ſufficit.
Fiat Maſſa.

PITVITAM vacuant, ob id pituitoſis affectibus commodant.

** Pilulæ Sine quibus eſſe nolo D. Nicolai*

℞. Aloës optimæ lotæ ʒ xiiij.
Myrobal. Citrinorum
Myrobal. Chebulorum
Myrobal. nigrorum [*id eſt, Indorum*]
Myrobal. Bellericorum
Myrobal. Emblicorum
Rhabarbari Maſtiches Abſinthij
Roſarum Violarum Senæ Agarici
Cuſcutæ ana ʒ j.
Scammoneæ præparatæ ʒ vj. ß.

Diſſoluatur Scammonea in ſucco Fœniculi ſufficienti, & cum hac diſſoluta Scammonea formetur maſſa.

Mirabiliter purgant choleram, phlegma & melancholiam: valent propriè ad cataractas, & obſcuritates oculorum viſum cuſtodientes: & aurium dolorem ſanant, & ilioſis conferunt.

Pilulæ Stomachicæ Alkindi D. Meſuæ

℞ Myrobal. Citrinorum
Myrobal. nigrorum
Myrobal. Chebulorum ana ʒ iij.
Roſarum Maſtiches ana ʒ ij.
Cardamomi
Ligni aloës
Santali Citrini

Cube

Cubebarum Garyophyllorum
Schœnanthi
Nucis moſchatæ ana ʒ ß.
Raued Seni [*id eſt, Rhabarbari*] ʒ ß.
Turbith ʒ vij.
Aloës ad pondus omnium.
Fiat Maſſa.

Cerebrum, & ventriculum corruptis humoribus purgant, ventriculum roborant, concoctionem iuuant, appetentiam excitant.

Pilulæ Stomachicæ D. Meſuæ.

℞. Myrobal. Citrinorum Aloës
Turbethi ana ʒ x.
Roſarum Spicæ Indicæ
Maſtiches ana ʒ ij. ß.
Aniſi ʒ j. ß.
Salis Indi [*aut ſalis gemmei.*]
Croci ana ʒ j
Formetur maſſa cum ſucco Abſinthij.

Bilioſos & pituitoſos vacuant humores, eos potiſsimùm qui caput & ventriculum obſident.

Pilulæ Imperiales Magiſtrales.

℞. Cinnamomi
Amomi [*eius loco ſumatur Acorus verus.*]
Aniſi Maſtiches
Cardamomi minoris
Zingiberis Zedoariæ Maceris
Nucis moſchatæ

Caryophyllorum Croci
Cubebarum Ligni Aloës Turbethi
Teteniabin [*id est, Mannæ.*]
Agarici Foliorum Senæ
Myrobal. Citrinorum
Myrob. Chebulorum
℞ Myrobal. Indorum
Myrob. Bellericorum
Myrobal. Emblicorum ana ℈ ß.
Rhapontici veri [*id est, Rhabarbari,*] ad
pondus omnium
Aloës quantum totum æquat.

Conficiantur cum Syrupo rosato aut violato.

MODICVM soluunt, & plurimum confortant stomachum, & omnia intestina frigida: muniunt virtutes naturales, remouent frigiditatem, clarificant sanguinem & spiritum.

Pilulæ de Opopanace D. Mesuæ.

℞. Opopanacis Hermodactylorum
Sagapeni Bdellij mollis Ammoniaci
Colocynthidos ana ʒ v.
Croci Castorei
Myrrhæ rubræ Zingiberis
Piperis nigri Macropiperis
℞ Casiæ ligneæ Myrobal. Citrinorum
Myrobal. Bellericorum
Myrobal. Emblicorum ana ʒ ß.
Scammoneæ ʒ ij.
Turbethi ʒ iiiß.
Aloës ʒ xij.

Cogan

Cogantur in maſſam cum infuſione gummi in aqua caulium.

VALENT ad paralyſim, ſpaſmum cynicum, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores, morboſque partium neruoſarum frigidos.

Pilulæ de Quinque generibus Myrobal. D. Nicolai.

℞. Quinque genera Myrobalanorum
Agarici Diacridij Colocynthidos
ASenæ ana ʒ ß.
Epithymi Turbethi Aniſi
Marathri Maſtiches
Lapidis Lazuli præparati ana ʒ iß.
Aloës ʒ j.
Formetur maſſa cum ſucco Abſinthiß.

P. C. SCHOL.

A Ana ʒ ß.] *Cùm Cordus hîc ana ʒ ß. deprauatè poſuiſſet, Fuchſius æque male ʒ ij. ß. legendum putat.*

EDVCVNT humorem cholericum, phlegmaticum & melancholicum, & clarificant ſanguinem.

Pilulæ de Octo rebus, ſiue Optomere D. Nicolai.

℞. Aloës Diacridij ana ʒ iß.
Interioris Colocynthidis Epithymi
Agarici Maſtiches Dauci Cretici
Myrob. Chebulorum
Abſinthij ana ʒ j.

Cum succo Solani conformetur massa.

PVRGANT humores crassos à capite, visum clarificant, & cataractas oculorum prohibent.

Pilulæ de Serapino D. Mesuæ.

℞. Sagapeni Ammoniaci
Opopanacis
*Bdellij ana ʒ ij.
Seminis Apij Ammios
Hermelæ [*id est, seminis Rutæ silvestris.*]
Anisi ana ʒ j.
Acori [*id est, Calami aromatici.*]
ACasiæ ligneæ veræ Calaminthæ
Centaurij [*minoris scilicet.*]
*Polij Costi Salis gemmei ana ʒ ß.
Aloës ʒ vj. Colocynthidos ʒ v.

Cogantur in massam cum aqua aut succo Matricariæ.

NOTATO: *Ingreditur secundum Mesue Seitaragum Indum. sed Clementius Clementinus loco eius posuit Casiam lignean.*

P. C. SCHOL.

A Casiæ] *Seitaragi Indi (quod Lepidium hoc loco interpretandum) apud Mesuem legi, rectè observavit Fuchsius, fallitq; Cordum & Clementinum dextrè censet.*

POLLENT ad ischiadem, podagram, & reliquarum iunctrarum dolorem, ac etiam vteri; mensesque promouent.

Pi-

Pilulæ de Bdellio maiores D. Mesuæ.

℞. Bdellij ʒ xij.
Ammios ʒ iij.
Myrob. Chebulorum
Myrob. Indorum
Myrob. Bellericorum
Myrob. Emblicorum
Conchularum venerearum aduſtarum
Succini aut Karabæ ana ʒ ij. ß.

Maceretur Bdellium in ſucco foliorum Porri, & conficiatur maſſa.

VALENT ad fluxum hæmorrhoidum & vlcerum in eis, & ad menſes immodicos.

Pilulæ de Cynogloſſa D. Nicolai.

℞. Cynogloſſæ rad. Opij
Seminis Hyoſcyami ana ʒ iiij.
Myrrhæ Troglodyticæ ʒ vj.
Thuris maſculi ʒ v.
Garyophyllorum ʒ ij.
Cinnamomi Styracis rubei ana ʒ ij.

Cum aqua roſarum conficiatur maſſa.

MAGNAM vim obtinet in tenuibus ſiſtendis diſtillationibus, ac doloribus mitigandis.

Pilulæ Bechicæ.

℞. Pineorum nucleorum
Amygdalarum ana ʒ j. ß.

Glycyrrhizæ ʒ vj.
Succi glycyrrhizæ ʒ iiij.

Cum aqua rosarum conformetur massa.

ADVERSVS tussim veterem pollent, & gutturis ac faucium asperitatem.

Pilulæ Alephangina D. Valerij Cordi.

℞. Myrobalan. Chebulorum
Myrob. Citrinorum
Myrobal. Indorum
Myrobal. Bellericorum
Myrobal. Emblicorum ana ʒ ß.
Acori veri Galangæ Zedoariæ
Doronici Romani Radicularum Asarî
Dictamni nostratis radicum Absinthij
Rosarum ana ʒ iiij.

Contundantur omnia crassiusculè, & Myrobalani per se macerentur prius in aquæ clarissimæ ℔ iiij. per horas xxiiij. deinde coquantur donec ferè tertia pars aquæ sit in vaporem resoluta: posteà coque etiam radices, & aromata lento igne in duplici vase, cum aquæ clarissimæ ℔ vj. & affunde his anteà coctas Myrobalanos cum suo iusculo: vltimò rosas adjiciendo, coquantur vsque ad tertias: coletur posteà validè exprimendo: hinc in colatura dissolue.

Aloës optimæ & lotæ, ac rursum exiccatæ ℔ iij.

Ponantur omnia in vitrea patina ad solem

ſolem aut in ſtuffam, & agitentur ſæpiſsimè, vt concreſcens in margine Aloë liquido commiſceatur: cùm verò mellis ſpiſſitudinem fuerint conſecuta, tunc adde ſequentium ſpecierum puluerem minutiſſimè tritum:

℞. Galangæ Cyperi
Zedoariæ Doronici
Ligni aloës Cinnamomi Schœnanthi
Nardi Celticæ radicularum
Nucis moſchatæ
Macis Cubebarum
Cardamomi
Garyophyllorum ana ʒ iiij.
Maſtiches
Succini [*id eſt, Carabæ*] ana ʒ vj.
Myrrhæ
Croci ana ʒ iiij.

Agitentur optimè cum aloë ſpecies, & fiat maſſa cum diligentia.

MYROBALANI *omnes hoc pondus debent habere, exemptis nucleis ſiue lignis.*

PILVLAE *iſtæ Alephanginæ ſunt efficaces, imò efficaciores prioribus: relinquimus tamen vnicuique liberum arbitrium, alterutram vel vtramque componendi.*

Hoc loco non debet poni Dictamnus Creticus, *ſed radices* Dictamni, *quæ vulgò in vſu ſunt, & propriè cortex radicum eius. Germanicè vocatur* Aſchwurtz, *propterea quòd folia eius ſunt ſimilia* Fraxino *arbori & hæc eſt vera* Fraxinella, *vulgò ab Italis dicta.*

Aloën lauandi modus in poſtrema huius libri

parte, quæ est de præparatione simplicium medic. docebitur.

TROCHISCI.

Trochiſci de Vipera D. Andromachi.

℞. Carnis viperinæ cum anetho, ſale
* & aqua coctæ ʒ viij.
Panis tritici puriſsimi triti & cribrati ʒ ij.

Formentur trochiſci cum iuſculo, in quo decoctæ fuerint carnes Viperinæ, & inungantur cum Opobalſamo, aut oleo Macis aut Garyophyllorum, aut Nucis moſchatæ: ſed oleum Garyophyllorum propiùs accedit ad naturam Balſami. Siccentur in loco vmbroſo, libero ventoque perflabili.

VIPERA *eſt ſerpens, quem recentiores vocant Tirum, Itali verò Maraſſum & Scurzionem, vt ſcribit Nicolaus Leonicenus: ingrediuntur autem hi Trochiſci in Theriacam: apud nos verò nondum licuit videre hoc ſerpentum genus. Igitur ex Italia peti debent veri Trochiſci de Vipera.*

Trochiſci Scyllitici Andromachi.

℞. Scyllæ aſſatæ ℔ j.
Farinæ Orobi ʒ viij.
Formentur Trochiſci ſecundum artem.

Trochiſci Hedychroi D. Aëtij

℞. Mari [*ſive Maioranæ, aut loco eius Dictamni*

Dictamni Cretici.
Asari Sampsuchi
Aspalathi [*eius loco sumatur semen Agni casti*]
Opobalsami [*eius loco accipiatur oleum Garyophyllorum.*]
Schœnanthi
Calami aromatici [*eius loco sumatur Galanga.*]
Phu pontici ana ʒ j. ℊ xv.
Xylobalsami Cinnamomi
Costi ana ʒ j. ß.
Myrrhæ Troglodyticæ
Folij [*aut succedanei eius.*]
Spicæ nardi Indicæ Croci
Casiæ ana ʒ iij. ß. ℊ xv.
Amomi [*aut succedanei eius.*] ϑ ij. ℊ xiij.
Mastiches ana ʒ ß. ℊ vij. ß.
Vini veteris odorati dulcis quantum sufficit, formentur Trochisci.

MARVM *herba est non dissimilis Maioranæ, eius loco accipitur Dictamnus Creticus.*

SAMPSVCHVS, *id est, Maiorana, quidam habent Amaracum, quod idem est. Non enim debet hoc loco accipi Matricaria, aut Cotula fœtida, quæ etiam vocatur Amaracus.*

ASPALATHVS *est cortex quidam odoratus, eius loco accipe lignum Aloës, aut Santalum Citrinum odoratissimum, aut semen Agni casti.*

FOLIVM.] *pro Folio sume Spicæ Romanæ radicum, Macis, ana partes æquales.*

HI *Trochisci appellantur ab Arabibus Alindaracaron, à recentoribus verò, vt Nicolao, sunt parum*

rum immutati, & vocantur Diacoralli.

Trochiſci Hedychroi D. Galeni.

℞. Corticum radicum Aſpalathi [*ipſius loco ſumatur ſemen Agni caſti.*]
Calami aromatici [*ſume eius loco Galangam.*]
Coſti Aſari Xylobalſami Phu
Amaraci [*hîc ſignificat Maioranam.*]
Maſtiches ana ʒ vj.
Schœnanthi Cinnamomi ana ʒ xij.
*Amomi Caſiæ
Rheu pontici [*eius loco ſume Rhabarbarum*] ana ʒ xv.
Nardi Indicæ
*Folij ana ʒ xvj.
*Myrrhæ Croci ana ʒ xij.

Omnia ſubtiliſſimè trita cum vino Falerno, in Trochiſcos formentur, qui in vmbra exſiccentur, & Opobalſamo aut oleo Garyophyllorum inuncti reponantur.

GALENVS *in libello* De Theriaca ad Pamphilianum *ſcripto, ad hunc modum præcipit conficiendos eſſe* Hedychroos Trochiſcos. *Sunt enim proximis non ignauiores.*

Pro Aſpalatho, quo caremus, licet accipere ſemen Agni caſti, aut Lignum aloës, aut Santalum citrinum odoratum. Oportet etiam diligenter aduertere, ne pro Aſpalatho Aſpaltum legatur aut accipiatur.

Pro Amomo vero, quo caremus, pone Carpeſium, aut vocatum Calamum aromaticum.

Pro

Pro vino Falerno, accipe aliud quoduis vinum generosissimum.

P. C. SCHOL.

Troch. horum descriptionem in Cordo vitiatè positam, hîc ex Andernaci versione restitui.

Trochisci Hedychroi alij, Galeni.

℞. Mari Amaraci [*id est, Maioranæ.*]
Asari Aspalathi ana ʒ ij.
Schœni [*id est, Squinanthi.*]
Calami odorati Phupontici
Xylobalsami [*aut succedanei eius.*]
Opobalsami [*aut succedanei eius.*]
Cinnamomi Costi ana ʒ iij.
Myrrhæ
Folij Malobathri [*aut succedanei eius.*]
Nardi Indicæ Croci
Casiæ ana ʒ vj.
Amomi [*aut succedanei eius*] ʒ xij.
Mastiches Chiæ ʒ j.
Vini Falerni quantum sufficit.

Formentur Trochisci, & in vmbra exiccentur, Opobalsamo aut oleo Garyophyllorum vncti.

Pro Maro, sume Dictamnum Creticum.

ASPALATHI *loco sume lignum Aloës, aut Santalum Citrinum, aut semen Agni casti, vt Galenus de Succedaneis dicit.*

Pro Calamo, sume Galangam.

Pro Opobalsamo, sume oleum Garyophyllorum.

Pro Malobathro, sume Spicæ Romanæ radices,

aut

aut Spicæ Romanæ Radicum, & Macis ana partes æquales.

ACASIA, id est, Casia lignea aromatica similis Cinnamomo.

AMOMI loco sume vocatum Calamum aromaticum.

MASTICHE Chia, id est, Mastix è Chio insula, quæ est optima.

HAEC est genuina Hedychroi compositio, vt Galenus dicit, & hæc debet ingredi Theriacam Andromachi senioris.

GALENVS primo libro de Antidotis ad hunc modum carmine describit compositionem Hedychroi magmatis, vbi Theriacæ compositionem docet. Non tamen diligenter distinguit pondera rerum. Nam omnia coniungit coniunctionibus copulatiuis, τὲ & κὴ hoc est, QVE & ET.

A *Trochisci Cyphi D. Damocratis.*

℞. Carnium Vuæ passæ albæ & pinguissimæ
Terebinthinæ coctæ ana ʒ xxiiij.
Myrrhæ
Schœni [*id est, Schœnanthi.*] ana ʒ xij.
Calami vnguentarij ʒ ix.
Cinnamomi ʒ iiij.
BBdellij Onychis Nardi spicæ
Casiæ optimæ [*quæ est similis Cinnamomo.*]
Cyperi purgati
Arceuthidum maximarum & pinguissimarum ana ʒ iij.
Aspalathi ʒ ij ß. Croci ʒ j.
Mellis

Mellis optimi
Vini ana quantum satis est ad formandum & incorporandum.

MELLIS & vini parum debet addi, vt tantùm cum his conficiantur Trochisci.

CARNES Vuæ passæ atque Iuniperi baccas recentes & pingues minutissimè conscindito tunditoq́, deinde Bdellium Myrrham q; affuso vino diluito: posteà reliqua omnia in tenuissimum puluerem redigito, ac demum adhibito modico mellis despumati optimi, Trochiscos formato.

Arabes hos Trochiscos vocant Cochion.

Per Vuas passas hîc intellige eas quas vocant Vuas Cybibas, vulgò Cibeben.

TEREBINTHINAE coctæ: quomodo coquatur Resina Terebinthina, ostendam inferiùs in tractatu De præparatione medicamentorum.

CALAMVS vnguentarius, id est, aromaticus verus; pro quo sume Galangam, quia hodie caremus vero Calamo aromatico.

ONYCHIS, id est, Blattæ Byzantiæ electæ.

CYPERVM purgatum præcipit accipiendum, quoniam plerumque fibris sordidis sunt obsitæ radices eius.

ARCEVTHIDES, sunt baccæ Iuniperi. hîc autem debent accipi Iuniperi magnæ grandes baccæ: quoniam autem caremus ipsis, vulgaris & minoris Iuniperi baccas accipere licet.

Pro Aspalatho sumatur semen Agni casti, ex mente Galeni de Succedaneis.

P. C. SCHOL.

A Troch. hi apud Galenum leguntur lib. 2. Antid.

Onychis,

B Onychis, Bdellij.] *Fuchsius vnà cum Cordo duas hîc distinctas res legit, intelligit ac defendit mordicus. Matthiolus verò atque Franciscus contrà, vnà cum Andernaco & Martiano Rotam Galeni interpretibus pro vnica eademq; re, ambas eas voces intelligendas esse strenuè contendunt, & vnguim Bdellij tamquàm Bdellium vngui simile, legendum esse sentiunt atque volunt.*

Trochisci Ramich D. Mesuæ.

℞. Succi Acetosæ [*aut loco eius succi Citoniorum austerorum*] ʒ xvj.
*Rosarum ʒ j.
Granorum Myrti ʒ ij.

Bulliant parum & colentur, colaturæ addantur Gallarum iamiam tenuissimè tritarum ʒ iij.

Coquantur denuò aliquantulum, deinde inspergatur sequentium specierum minutissimus & optimè commistus pulueris.

℞. Rosarum ʒ j.
Santali Machoziri ʒ j. ʒ ij.
Gummi Arabici ʒ j. ʒ iiij.
Carnium Snmach
Spodij ana ʒ j.
*Succi Agrestæ ʒ vij.
*Succi granorum Myrti multum tritorum ʒ iiij.
*Ligni Aloës Garyophyllorum
Mastichis
Nucis moschatæ ana ʒ iij.

Misceantur omnia optimè, deinde exic-

exiccentur, exiccata rursus in tenuissimum puluerem terantur, & formentur Trochisci subtiles cum Camphoræ aureo vno, & aqua rosarum quantum sufficit. Exiccentur in vmbra libera, exiccati reponantur.

VENTRICVLVM, cor, hepar, imbecilla firmant: & lubrica viscera ac inteſtina, choleram morbū ſiſtunt, acrimoniam obtundunt, animum reddunt tranquillum, omnem hæmorrhagiam cohibent, ob quam naribus ſanguine fluentibus flando impellitur, aliis medicamentis miſcetur.

Trochiſci de Cappare
D. Meſuæ.

℞. Corticum radicum Capparis
Seminis Agni caſti ana ʒ vj.
Seminis Nigellæ veræ
Calaminthæ
Succi Eupatorij [*id eſt, Gratiolæ.*]
Acori
Amygdalorum amarorum
Sem. Naſturtij Ammoniaci
Foliorum Rutæ
Radicis Ariſtolochiæ rotundæ veræ ana ʒ ij.
Cyperi
Scolopendriæ ana ʒ j.

Formentur Trochiſci cum Hammoniaco prædicto in aceto diſſoluto, & exiccati reponantur.

SCOLOPENDRION *est Ceterach, C*
non Lingua ceruina.

P. C. SCHOL.

A Troch. de Capp.] *Compositionem hanc apud Cordum mancam esse cùm Fuchsius meri conqueratur, nos eam hîc ex vetustis partim exem plaribus, partim ex Minoritarum in Mesuem (quibus pleraque alia) restitutionibus, sinæ integrita ti reposuimus. Qui, inquam, Fraterculi hoc nom ne herclè plurimum laudis ac præmij merentu quòd extra professionem etiàm ea in re plura præsti terint soli, quàm innumeri alij; quamquam eos c spitare quandoque, & iudicio carere interdum s zis sit in confesso: laborem interim indefessum, quo in restituendo impenderunt, negotiumq; ipsum ta ingens, tantiq; cõmodi nobis præstitum haud exc culari, magnisq; efferre præconiis non debemu Immeritò itaque nimisq; quàm deceat, á quibu dam exagitantur boni fratres.*

AD splenis duritiem & flatus ei dissipandos valent.

Trochisci de Eupatorio D. Mesuæ.

℞. Tereniabin [*id est*, *Mannæ.*]
Succi Eupatorij ana ʒ j.
Rosarum ʒ ß. Spodij ʒ iij
Spicæ nardi Indicæ ʒ iij
Rhabarbari Asari
Anisi ana ʒ ij. ß.

Formentur Trochisci cum aqua C cutæ, & in vmbra libera ventoque p flata exiccati reponantur.

Pro Spodio ſumatur Ebur combuſtum.

EVPATORIVM *Meſuæ, intelligendum eſt Gratiola.*

OBSTRVCTIONEM & tumorem præter naturam hepatis & lienis ſanant, ac inde natas febres antiquas, & harum rigorem, icterum, ac incipientem hydropem.

Trochiſci Diaui, ſeu potius, Diaion D. Nicolai.

℞. Florum Violarum viridium ʒ v.
Amyli ʒ iij.
Seminis papaueris albi ʒ ij. ϑ j.
Rhabarbari ʒ j. ϑ ij.
Seminis plantaginis ʒ j.
Balſami [*loco eius oleum Caryophyllorum*] ϑ j.
Rhodoſtagmatis quantum ſufficit.

Formentur Trochiſci.

DIANI, *vel* DIAVI, *aliàs vocantur hi Trochiſci, ſed corrupto nomine.*

PER VIOLAS, *hoc loco oportet intelligere Violas albas, quæ hodie vocantur Cheyri Citrini, vulgò Gelbe Violen.*

Per Balſamum intelligitur Opobalſamum.

RHODOSTAGMA, *id eſt, aqua Roſarum.*

P. C. SCHOL.

Troch. Diaui.] *horum Troch. duas deſcriptiones in idem recidentes, alterius pondere tantùm triplicato, mendoſè in Rhabarb. pondere ſublato; temerè Cordus poſuerat. Mancè enim ibi-*

dem ℈ j. quod & Fuchs. ritè animaduerterat, positus erat, cùm ʒ j. ℈ ij. vt restitui, legendum sit.

B Per Violas.] Malè id sentit Cordus, vt ex Fuchs. docet: non enim Dialeucoïon, hoc est, ex Violis albis, quas Cheyri vocamus, sed Diaïon, hoc est, ex Violis nigris seu Martiis dictis, appellantur hi Trochisci. Violæ itaque Martiæ virentes hîc intelligendæ veniunt.

EXCALEACTIONES mitigant, aluum que emolliunt.

Trochisci de Lacca D. Mesuæ.

℞. Laccæ mundatæ
Succi Glycyrrhizæ
Absinthij Berberis
Succi Eupatorij [id est, Gratiolæ.]
Rhabarbari
Aristolochiæ longæ
Costi Asari
Amygdalorum amarorum
Rubeæ Tinctorum
Anisi Apij Schœnanthi ana ʒ
Formentur Trochisci dragmæ pondere cum aqua Eupatorij.

Mesue intelligit suum Eupatorium, id est, Gratiolam.

* Trochisci de Lacca valent ad obstructiones hepatis & lienis, & inde natas febres varias antiquas, & ascitem per vrinas mouent.

Trochi

Trochiſci Diarhodon D. Nicolai.

℞. Roſarum viridium ʒ iiij.
Spodij [*id eſt, Eboris combuſti*] ʒ ij.
Santali rubri ʒ j. ß. ℊ vij.
Santali albi ʒ j. ℊ xij.
* Croci ∂ ij. ℊ viij.
* Camphoræ ℊ xij.

Aquæ Roſarum quantum ſufficit, formentur Trochiſci.

Iſta compoſitio debet adminiſtrari in magnis confectionibus ipſius Nicolai.

Trochiſci de Rhabarbaro D. Meſuæ.

℞. Raued boni [*id eſt, Rhabarbari.*] ʒ x.
Succi Eupatorij [*id eſt, Gratiolæ.*] ʒ iiij.
* Roſarum ʒ iij.
Spicæ nardi Indicæ Aniſi
Rubiæ tinctorum Seminis Apij
Abſinthij Aſari ana ʒ j.
* Amygdalarum amararum ʒ iiij.

Formentur Trochiſci aurei vnius pondere cum aqua Cuſcutæ.

VALENT ad hepatis obſtructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inueteratos eiuſdem, & hydropem, & icterum, & formæ corruptionem.

Trochiſci de Berberis D. Meſuæ.

℞. Berberis ʒ ij.
Spodij Xyloaloës

Seminis Acetosæ Mastiches
Galliæ moschatæ veræ
* Spicæ nardi Indicæ ana ʒ j.
Rosarum ʒ v.
Gummi Arabici ʒ iij.
Aquæ rosarum quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

TROCHISCI de Berberis seu Oxyacanthæ valent ad intemperiem calidam, fluorem alui, & hepatis dolorem.

Trochisci Galliæ moschatæ D. Mesuæ.

℞. Xyloaloës crudi ʒ v.
Ambræ ʒ iij. Moschi ʒ j.
Mucilaginis Tragacanthæ cum aquæ rosarum factæ quantum sufficit.
Formentur Trochisci parui.

CEREBRVM, corque roborant, vomitum & alui profluuium sistunt, oris atque adeò corporis totius odorem commendant.

Trochisci Alyptæ Moschatæ D. Nicolai.

* ℞. Ladani purissimi ʒ iij.
Styracis Calamitæ ʒ j. ß.
Styracis rubræ ʒ j.
Ligni aloës ʒ ij. Ambræ ʒ j
Camphoræ ϑ j. ß. Moschi ϑ ß.
Aquæ rosarum quantum sufficit.
Formentur Trochisci secundū artem.

STYRAX *rubea hîc non significat Thymiama, aridum illum & nigrum corticem; sed resi-*

nam

nam Styracis quæ subrufa aut flaua est, id est, optima Styrax.

VALENT pueris patientibus asthma & constrictionem pectoris, & etiam non valentibus lac retinere. Fit inde optimum fumigium & odoriferum, & assumuntur etiam ad pretiosissimas medicinas.

Trochisci de Agarico D. Mesuæ cap. de Agarico ex Hily.

℞. Agarici electi ʒ iij
Salis gemmei ʒ j.
Syrupi acetosi simplicis quantum sufficit.

Formentur Trochisci, & reponantur in calido siccoque loco.

PVRGANT ex cerebro & capite phlegma crassum cum cholera mistum. Et præcipuè educunt ex pectore crassos humores, putridos & viscosos.

Agaricus Trochiscatus D. Mesuæ, cap. de Agarico ex Galeno.

℞. Agarici electi ʒ iij.
Vini infusionis Zingiberis quantum sufficit.

Formentur Trochisci.

Trochisci de Charabe D. Mesuæ.

℞. Charabis aureos vj.
Cornu cerui vsti
Gummi Arabici assati

Corallij rubri vsti Tragacanthæ
Acaciæ Hypociſtidis
Balauſtiorum florum
Maſtiches Laccæ
Papaueris nigri aſſati ana aureos ij.
Thuris Croci
Opij ana aureum j. ß.
Mucilaginis Pſyllij quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

Fiunt & hi Trochiſci ſine Opio.

TROCHISCI de Charabe ſiue ex Succino, inuenti ſunt ad reſtingendum ſanguinem vndecumque fluentem, menſtrua, ſputum, fluxum ſanguineum, & hæmorrhoïdalem: & conſolidant vlceræ pectoris & pulmonis.

Trochiſci de Myrrha D. Rhaſis.

℞. Myrrhæ ʒ iij
Lupinorum ʒ v.
Foliorum Rutæ Mentaſtri
Pulegij ceruini Cymini
Rubiæ tinctorum Aſſæ ſœtidæ
Sagapeni Opopanacis ana ʒ ij.
Succi Artemiſiæ quantum ſufficit.

Formentur Trochiſci ſecundũ artem.

MENTASTRVM *eſt ſilueſtris Menta piloſis & hirſutis foliis.*

PVLEGIVM *Ceruinum, id eſt Dictamnus Cretiens.*

PROVOCANT menſtrua, & ſedant paſſiones, quæ ex retentione menſtruorum proueniunt.

Tro-

Trochiſci de Alkekengi D. Meſuæ.

℞. Fructuum Alkekengi ʒ iij.
Seminis Citrulli Seminis Albatechæ
Seminis Cucurbitæ ana ʒ iij. ß.
* Boli Armeniaci
Gummi Arabici Thuris
Sanguinis Draconis Papaueris albi
Amygdalorum amarorum
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ Amyli
Pinearum ana ʒ vj.
Seminis Apij Charabis
* Boli [*aut eius loco Terræ ſigillatæ.*]
Hyoſcyami Opij ana ʒ ij.
Succi Alkekengi quantum ſatis fuerit ad formandum Trochiſcos.
Fiunt & hi Trochiſci ſine Opio.

ALBATECHA *ſiue Batega, eſt Melon magnus Indus, viridis & ſubniger.*

TROCHISCI Alkekengi ſeu Halicacabi valent ad renum & veſicæ vlcera, & natam inde dyſuriam.

Trochiſci de Roſis D. Rhaſis.

* ℞. Roſarum ʒ iij.
* Ligni aloës
* Spicæ nardi Indicæ Maſtiches
Caſiæ ligneæ [*aut ſuccedanei eius.*]
Florum Squinanthi Cinnamomi
Abſinthij ana ʒ ß.
Vini veteris quantum ad formandum Trochiſcos ſatis fuerit.

SVNT efficaces ad multos affectus, præsertim ad ventriculi dolorem, malam coctionem, febres antiquas, hydropem incipientem, & illos maximè quibus forma corrumpitur.

Trochisci de Camphora Mesuæ.

℞ Rosarum ʒ iiij.
Spodij Glycyrrhizæ ana ʒ ij.
Seminis Cucurbitæ
Seminis Citrulli
Seminis Cucumeris
Seminis Melonis
Tragacanthæ Croci
Gummi Arabici
Spicæ nardi Indicæ ana ʒ j.
Santali citrini ʒ ij. ß.
Ligni aloës Cardamomi Amyli
Camphoræ ana ∋ ij.
Sacchari Tabarzeth
Tereniabin [*id est*, *Mannæ*] ana ʒ iij.
Mucilaginis Psyllij cum aqua rosocea factæ quantum sufficit.
Formentur Trochisci.

TROCHISCI Camphoræ conferunt ad febres ardentes, bilis & sanguinis feruorem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, & ab his sitim inexpletam: icterum quoque ac phthisim & hecticam curant.

Trochisci de terra sigillata D. Mesuæ.

℞. Sanguinis Draconis

Gum-

Gummi Arabici assati
Trochiscorum Ramich
Rosarum rubrarum
Seminis Rosarum
Amyli assati Spodij Acaciæ
Lapidis Hæmatitidis Hypocistidis
Florum Balaustiorum
Boli Armeniaci
Terræ sigillatæ [*vel boli Armeni*]
Corallij rubri Charabis ana ʒ ij.
Margaritarum Tragacanthæ
Papaueris nigri ana ʒ j. ß.
Seminis Portulacæ assati
* Cornu ceruini vsti Thuris
* Gallarum Cypressi
Croci ana ʒ ij.
Aquæ Arnoglossæ quantum sufficit.
* Formentur Trochisci.
Et quandoque adduntur Opij ʒ ij.

SPODII.] *pro Spodio sume Ebur combustum præparatum.*

SEMEN *Rosarum hîc significat Antheram, id est, luteos apices, qui sunt in Rosis: hi exiccati rubescunt.*

GALLAE *Cypressi, etiam vocantur nuces Cypressi.*

P. C. SCHOL.

Mesues exemplaria Gallas absolute scriptas habent.

SVNT admodum efficaces ad sputum sanguinis, cum aqua Plantaginis poti: ad fluorem verò sanguinis è naribus,

ribus, fronti illiti: ad menſes immodicos, vtero iniecti vel pubi illiti: ad mictum ſanguinis, in veſicam iniecti; & ad alias hæmorrhagias, parti ſanguine fluenti impoſiti.

Trochiſci de Spodio Meſuæ.

℞. Roſarum rubearum ʒ xij.
Spodij ʒ x. Seminis acetoſæ ʒ vj.
*Seminis Portulacæ
Coriandri præparati & toſti
Pulpæ Sumach ana ʒ ij. ß.
*Amyli aſſi Florum balauſtiorum
Baccarum Berberis ana ʒ ij.
Gummi Arabici aſſati ʒ j.
Agreſtæ qnantum ſufficit.
Formentur Trochiſci.

VALENT ad febres bilioſas cum alui fluore: inflammationem ventriculi & hepatis, & ſitim continuam ſedant.

Trochiſci de Abſinthio D. Meſuæ.

℞. Roſarum Abſinthij
Aniſi ana ʒ ij.
Raued [*id eſt, Rhabarbari.*]
Succi Eupatorij [*id eſt, Gratiolæ.*]
Aſari Seminis Apij
Amygdalorum amarorum
Spicæ nardi Indicæ Maſtiches
Folij ana ʒ j.
Succi Endiuiæ quantum ſufficit.
Formentur Trochiſci ſecundum artem.

Pro

Pro Folio accipe radices Spicæ Romanæ, aut radicum Spicæ Romanæ & Macis ana partes æquales.

OBSTRVCTIONES ventriculi & hepatis, & ab his dolorem, & febres antiquas tollunt, dictas partes reliquasque nutritorias roborant, ac appetentiam excitant.

Trochiſci Alhandal D. Meſuæ.

℞. Pulpæ Colocynthidis ʒ x.

Incidantur minutiſſimè, & fricentur cum olei
Roſacei ʒ ʃ.
Deinde ſume Tragacanthæ
Gummi Arabici
Bdellij ana ʒ vʃ.

Macerentur hæc in aqua roſacea, donec liqueſiant & diſſoluantur: deinde cum parte reſolutarum lachrymarum formentur ex prædicta Colocynthide Trochiſci qui ſiccentur, & cùm fuerint ſiccati, contundantur minuitiſſimè, & rurſum formentur Trochiſci; cum reliquo diluto lachrimarum, atque reponantur.

Trochiſci Colocynthidos in Hieram Hermetis, & Compoſitiones alias iniiciendi loco Colocynthidos, ſuntq; ſalubriores quàm ipſa Colocynthis.

P. C. SCHOL.

ʒ x.] *Cordum hîc falli Bernardus Deſſenius in ſuis illis verboſis Commentariis, miſerè excla-*

exclamat, eò quòd ℥ x. pro ʒ x. vt ipse inquit, hîc posuerit: cùm ipsemet hac in re (vt & plerisque aliis locis) indicio vacuus, toto erret cœlo. Verùm in alio Dispensariolo Senatus sui iussu emisso, dextrè resipuit, à suis collegis forsan monitus. Proinde quid Fuchsius artis nostræ (vt & plurimis aliis locis liquet) nescius, in Pharmaceuticas rationes, hoc loco suis annotationibus imaginando deliret, nescio. Mihi brevitati studendum est.

Trochisci Bechij albi.

℞. Sacchari albissimi ℔ j.
Sacchari Candi optimi
Sacchari Penidij ana ℥ iiij.
Ireos ℥ j ʒ vij.
*Amyli ℥ ij. ß.
Mucilaginis Tragacanthæ albissimæ cum aqua Rosacea factæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci parui, & signentur.

AVXILIANTVR tussiculosis, & difficulter spirantibus.

Trochisci Bechij nigri.

℞. Succi Glycyrrhizæ ℥ iiij.
Styracis Calamitæ ℥ j. ß.
Sacchari candi ℥ ij. ß.
Specierum Diaireos Salomonis
Specierum Lohoch sani ana ℥ ß.
Sacchari penidij ℔ ß.
Sacchari albissimi ℔ ij. ℥ iij.

Mucila-

Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua Hyssopi factæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci, & signentur.

ABSCISSAE vocis iacturam resarciunt, & prosunt his qui patiuntur tussim calidam & siccam : leniunt pectus, & facilitant sputum.

TROCHISCORVM DVÆ SEQVENTES VALERII CORDI *descriptiones huic editioni nunc primùm accessernnt.*

Trochisci de Lacca Val. Cordi.

℞. Laccæ electæ ʒ iiij.

Ligni Guaiaci scobina in minimam scobem seu rasuram detriti ℔ j.

Coquatur lignum Guaiacum in ℔ iiij. aquæ cælestis ad consumptionem ferè dimidiæ partis : In colatura deinde coquito rad. Rubeæ tinctorum ʒ iiij. donec remaneat ℔ j. ß. Dein iterum colato, & colaturæ injice prædictas ʒ iiij. Laccæ, & ad ignem coquito, donec Lacca dissoluatur. Posteà colato & exprimito, & abjice superfluitates Laccæ. Colaturam dein ad spissitudinem aliquam coquito, & insperge sequentes pulueres:

℞. Aristolochiæ longæ
Radicis concauæ
Rhabarbari Costi veri ana ʒ ij.
Zedoariæ Galangæ Asari radicum

Cur-

Curcumæ Cinnamomi Ligni aloës
Nucis moſchatæ
Schœnanthi ana ʒ j.
Camphoræ ℈ j.

Miſceantur omnia optimè, & formentur Trochiſci drachmæ vnius pondere.

RADIX *concaua, Holwurtz, quæ falsò appellatur Ariſtolochia rotunda.*

HOS Trochiſcos compoſui aliquibus obſtructione ſplenis hepatiſque laborantibus, & præſenti auxilio id malum curauerunt.

Trochiſci de Succino Valerij Cordi.

℞. Ambræ excellentiſſimæ
Succini Albiſſimi ana ℥ j.
Succini Phalerni
Succini cerei ana ʒ iiij.
Succini nigri Camphoræ
Margaritarum non perforatarum
Margaritarum perforatarum ana ʒ ij.
Onychis Dentaliorum
Entaliorum Vmbilici marini
Lapidum cancrorum
Synodontum
Ligni aloës
Cinnamomi
Schœnanthi
Nucis moſchatæ
Cubebarum
Cardamomi Croci
Cyperi rotundi

Zedo-

Zedoariæ Doronici ana ʒ ß.

Conterantur omnia minutissimè, & conficiantur Trochisci cum mucilagine Tragacanthæ albissimæ in aqua Maioranæ dissolutæ.

AMBRA *est succinum Orientale.*

SUCCINUM *est quod Arabibus vocatur Carabe, Germanis Agstein sive Bernstein: Sudaniis, Gentor: Gallis, Ambre. Est enim Succinum nihil aliud quàm Ambra Germanica.*

Phalernum, id est, flauum & clarissimum, & omnino pellucidum.

Cereum, id est, quod cereæ colorem habet, non adeò pellucidum est.

Nigrum Succinum alio nomine vocatur Gagates lapis, Germanicè Swartzer Agstein, oder Swartzer Bernstein.

Inter emendum album Succinum, vitare oportet scobem & ramenta: nam hæc solent pro albo Carabe vendi. Cùm enim Cereum aut Phalernum Succinum tornatur, candida ramenta remittit. Ideoq; integras glebas candidi Succini emere oportet. Est enim valdè pretiosum.

Onychis, id est, Blattæ Byzantiæ.

Vmbilici marini, Germanicè Meerbonen.

Lapis Cancrorum, id est, quos vocant Oculos cancrorum.

Synodontes lapides sunt in capite Synodontis piscis inuenti: qui si haberi non possunt, quoniam piscis marinus est, pro iis accipiantur lapilli qui bini inueniuntur in capitibus piscium fluuiatilium, quos Raulperszken Germanicè vocant.

H 1 Trochisci faciunt ad calculum,

ad tumentem ventriculum, vertiginem
epilepsiam, apoplexiam, tremorem &
imbecillitatem cordis, ad paralysim, i
dantur in aquis appropriatis, cum Be
tonicæ floribus, aut Lauendulæ, aut Ti
liæ: & ad suffocationes & strangulatio
nes vteri valent.

OLEA.

Oleum ex ligno Iuniperi.

Fictile vas in foueam ponatur, supr
id aliud fictile angusti orificij inuersu
ponatur, recentibus Iuniperi lignis mi
nutimque incisis plenum, cui subduca
tur lamina ferrea foraminibus peruia
vt destillet liquor, & ne ligni segment
delabantur; bene autem aptentur, &
luto sapientiæ circumlinantur fictiliu
orificia, ne quidquam expiret. Poste
inferius fictile vsq. ad collum superic
ris obruito terra, & facto pauimento i
nem circa & supra fictile superius ac
cendito, atque ardere finito aliquot ho
ras. Postremò liquorem qui destillauit
auferto. Cuius vsus est purgandis sordi
dis vlceribus.

EMENDAT cutis infectiones, serp
ginem, canerum, vlcera maligna, qua
lia quæ in tibiis & cruribus quorun
dam, malum mortuum recentiores vo
cant.

Olem

Oleum ex Iuniperi baccis.

Oleum è Iuniperi baccis elicitur per artem distillandi, vt Vinum ſublimatũ. Quia verò minoris emitur quàm vt ab aliquo Pharmacopola præparari queat, confectionem eius non indicabimus.

Oleum Nardinum ſimplex D. Meſuæ.

℞. Spicæ nardi aromaticæ ʒ iij.
Vini Aquæ ana ʒ ij. ß.
Olei ſeſamini ℔ j. ß.

Coquantur in duplici vaſe, donec vinum & aqua in vaporem reſoluantur; coletur deinde oleum, & colatum reponatur abiecta Nardi ſpica.

VAS *duplex, Græcè vocatur* DIPLOMA; *conſtat duobus crateribus, altero alteri impoſito, ita vt in vnum aromata & oleum coniiciantur, in alterum verò aqua fundatur, quæ ſubiectis prunis calefacta ſuo tempore vnguenta & olea decoquit: eſt autem hoc notandum in omnibus aromaticis oleis quæ decoquuntur.*

CALEFACIT, tenuat, digerit, modicè adſtringit, proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, veſicæ, vteri magnoperè iuuat: naribus iniectum caput purgat, corporis colorem & odorem commendat.

Oleum Nardinum compoſitum.

D. Meſuæ.

℞. Spicæ Indicæ ʒ iij.

Sampſuchi [*id eſt, Maioranæ*] ʒ ij.
Xyloaloës Enulæ Folij Indi
Calami aromatici [*eius loco ſumatur Galanga.*]
Foliorum Laurí
Cyperi Schœnanthi
*Cordumeni ana ʒ j. ß.

Contundantur omnia groſſo modo, deinde affunde illis

Aquæ fontanæ
Vini ana quantum ſufficit, id eſt, circiter ʒ xiiij.
*Olei Seſamini ℔ vj.

Macerentur per noctem, deinde coquantur in Diplomate, id eſt, duplici vaſe, ſecundum artem.

PRO *Folio Indo, recipe Spicæ Romanæ radicum, macis ana* ʒ v.

Oleum Coſtinum D. Meſuæ.

*℞. Coſti amari [*optimi & veri*] ʒ ij.
Caſiæ [*aut ſuccedanei eius*] ʒ j.
*Summitatum Sampſuchi ʒ ij.
Vini quantum ſufficit
*Olei ſeſamini ℔ ij.

Macerentur duabus noctibus, deinde coquantur in duplici vaſe ſecundum artem.

CASIA, *Aromatica vera, & Cinnamomo ſimilis accipi debet.*

CALEFACIT, obſtructa aperit, neruoſum genus roborat, vt neruos, muſculos, tendones, ligamenta, ventriculum

lum. Præter hæc, hepar & capillos : canitiem ob id moratur, & corporis colorem ac odorem commendat.

Oleum de Piperibus D. Meſuæ.

℞. Macropiperis [*id eſt, longi.*]
Melanopiperis [*id eſt, nigri.*]
A Leucopiperis [*id eſt, albi*] ana ʒ iij.
Myrobal. Chebulorum
Myrob. Bellericorum
Myrob. Emblicorum
Myrob. Indorum ana ʒ v.
Radicum Apij
Radicum Fœniculi ana ʒ iij. ß.
Sagapeni Opopanacis
BAmmoniaci ana ʒ ij. ß.
CTurbith albi ʒ ij.
Zingiberis ʒ iij.
Caulis foliorum recentium
Thymi viridis Rutæ viridis ana m. ß.

Coquantur ſecundum artem in aquæ quantitate ſufficienti ad tertias. Colaturæ adde olei de Cherua ℥ ij. & iterum coque ad conſumptionem aquæ.

P. C. SCHOL.

A Ana ʒ iij.] *Cordus malè ʒ iij. hîc habebat.*

B Ammoniaci.] *Hyoſcyami fœdè in Cordo legebatur.*

C ʒ ij.] ʒ *xij. vitiosè Cordus ſcripſerat, vt hæc omnia ritè à Fuchſio quoq; dicuntur; quamquam à Monachis hauſta eſſe non dubitem.*

IVVAT morbos neruorum frigidos, vt paralysin, spasmum cynicum, tremorem, epilepsiam: adhæc ischiadem, & cæteras arthritidis differentias, & vteri, coli, renum, veficæ affectus frigidos, quia calefacit, tenuat, terget: ob id obstructiones aperit, calculum frangit.

Oleum Mandragoræ D. Nicolai.

℞. Olei ℔ v.
Succi malorum Mandragoræ ʒ viij.
Succi capitum Papaueris hortensis ʒ vj.
Succi Hyoscyami albi ʒ iiij.
Succi Violarum
Succi Cicutæ tenerrimæ ana ʒ ij.
Opij Styracis ana ʒ j.

Confice sic: misce simul omnes succos oleo, atque in vitreo vase obstructo orificio, Soli exponito per decem dies: vndecimo die coquantur in duplici vase vsque ad consumptionem succorum: deinde vbi refrigerari cœperit, cola, & colato oleo adde Styracem & Opium, & confice secundum artem.

STYRAX *quidem sincerus & purus facilè in oleo dissolnitur.*

OPIVM *verò sincerum in oleo dissolui non potest. igitur tenuissimè tritum inspergatur oleo, & sæpe misceatur: nam nisi in aqua aut vino dissoluatur, non commiscebitur oleo.*

Non habentur apud nos Mandragoræ poma; ergo loco succi Mandragoræ pomorum accipe infrà scriptam decoctionem.

℞. radi-

℞. radicum Mandragoræ, id est Corticum radicum eius ℔ j. Contundantur, & coquantur in aqua sufficienti, & colatum decoctum succis adde.

AD nimios dolores capitis valet, & phreneticis malè dormientibus fronti illitum, & naribus iniectum vehementer opitulatur, pulsibus brachiorum & plantis pedum illitum quocumque modo vigiliis fatigatum celerrimè obdormiscere facit.

Oleum Mastichinum D. Mesuæ.

℞. Olei Rosacei ʒ xij.
Vini odoriferi ʒ iiij.
Mastiches electæ ʒ ij.

Coquantur secundum artem vsque ad consumptionem vini.

CEREBRVM, neruos, iuncturas, ventriculum, hepar corroborat, tumores d. ros lenit, dolores sedat.

Oleum de Euphorbio D. Mesuæ.

℞. Euphorbij ʒ ß.
Olei Cheyrini ʒ v.
Vini odoriferi tantundem, coque secundum artem vsque ad consumtionem vini.

IVVAT maximè frigidos cerebri & neruorum affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargum, naribus immissum: articulorum quoque & hepatis, & hepatis, & splenis dolores, illitum iuuat.

Oleum Castorei D. Iacobi de Manliis.

℞. Castorei
Styracis calamitæ
Galbani
Euphorbij
Casiæ ligneæ veræ
Croci
Opopanacis
Carpobalsami [*aut succedanei eius.*]
* Spicæ nardi Indicæ
Costi, ana ʒ iij.
Cyperi Schœnanthi Macropiperis
Melanopiperis Sabinæ
Pyrethri ana ʒ ij. ß.
Olei ℔ iiß.
Vini odoriferi ℔ ij.

Confice sic: Galbanum & Opopanacem in vino seorsim dissolue, deinde reliqua omnia contusa cum oleo & vino coquito ad consumptionem vini in duplici vase: posteà cola, & dissolutum & expressum Galbanum cum Opopanaco oleo adfunde, & iterum coque ad consumptionem vini, & repone sæpius miscens in posterum, vt Galbanum & Opopanax in vasis fundo subsidentes, oleo commisceantur.

Est optimum contra omnes ægritudines frigidas, præsertim neruorum & iunturarum: medetur paralysi, spasmo, tetano, & sedat acerrimos rigores, & frigora febrium, si spina dorsi linatur.

Oleum

Oleum Scorpionum simplex D. Mesuæ.

℞. Scorpiones numero xx. vel xxx. secundum eorum magnitudines.
Olei Amygdalorum amarorum ℔ ij.

Macerentur in vase vitreo stricti orificij per dies xxx. caniculares ad solem, vel pluribus diebus : posteà colatum ad vsus repone.

LAPIDEM renum & vesicæ frangit & expellit, lumbis, pubi, peritonæo illitum, aut per meatum vrinarium iniectum.

Oleum Scorpionum compositum D. Mesuæ.

℞. Aristolochiæ rotundæ
Gentianæ Cyperi
Corticum radicum Capparis ana ℥ ß.
Olei Amygdalorum amarorum ℔ j. ß.

Macerentur in oleo contusæ radices ad Solem feruidum diebus viginti : deinde coquantur aliquantulum in duplici vase, iniectis ad vltimum scorpionibus numero xv. posteà iterum serenis diebus xxx. ad Solem macerentur : postremò excolatum oleum reponatur.

ARISTOLOCHIA *rotunda non est Holwurtz, sed radix lutei coloris, odore & sapore Aristolochiæ longæ: affertur ex Italia.*

VALET contra venena, & pestilentiam.

Oleum Formicarum.

℞. Formicarum alatarum quantum vis
Olei quantum ſufficit.

Macerentur æſtate ad ſolem diebu
xl. poſteà excolatum oleum repone.

VALET ad confortandum coitum.

Oleum Lumbricorum terreſtrium.

℞. Vermium terræ ℔ ß.
Oleum oliuarum ℔ ij.
Vini ʒ ij.

Bulliant omnia ſimul, & fiat oleum
deinde percoletur & reſeruetur.

NERVOS infrigidatos confortat, &
vtile eſt doloribus iuncturarum.

Oleum Vulpinum D. Meſuæ.

℞. Vulpem detracta pelle, & abiectis
interaneis, incīdatur in partes, & co-
quatur in aquæ fontanæ.

*Aquæ marinæ ana ℔ iiij. ʒ iiij.
Olei veteris clari ℔ iij. ʒ ix.
Salis ʒ iij.
Inter coquendum adiice
Anethi Thymi ana ℔ ß.

Coquantur autem quouſque ab oſſi
bus recedat caro, & aqua conſumatur
deīnde coletur oleum, & excolatum a
vſus ſuos reſeruetur.

*Qui prope mare non habitant, ſumant aqua
ſalſam, id eſt, muriam, ſiue aquam fontium ſalſ
rum, vbi ſalinæ fuerint. Porrò ad coquendam vu*

pe

m non ſufficit aquarum præſcriptarum quantitas; cò accipe quantum abundè ſatis fuerit, & fortiter vltimò oleum exprime.

AD podagras, reliquasq. arthritidis ecies, ac dorſi, renumque dolorem eſt fficaciſſimum.

Oleum de Cappare.

℞. Corticis radicum Capparis ℥ ß.
Corticum Tamariſci
Foliorum Tamariſci
Seminis Agni caſti
Scolopendriæ [*id eſt, Aſpleni.*]
Cyperi ana ʒ ij.
Rutæ ʒ ß. Aceti
Vini optimi ana ℥ iß.
Olei maturi ℔ ß.
Coquantur in duplici vaſe vſque ad conſumptionem vini & aceti.

VALET duritiei, oppilationi, & doloribus plenis, ac omni eius ægritudini.

Oleum de Lateribus D. Meſuæ.

℞. Laterem aut tegulam rufam antiquiſſimam ex rufo luto ductam eam confringe in fruſta mediocria, & in prunis vrito, donec tota excanduerint: deinde è prunis exempta fragmẽta reſtinguito in oleo claro veteri, & dimittito quouſque ſe oleo impleuerint: poſteà oleo exempta in tenuiſſimum puluerem contundito, atque in Retortam aut Cucurbitam vitream

vitream indito, & secundum arte[m] luto chymistico iuncturas vitrorum claudito, & subtus accensis prun[is] oleum elicito, & elicitum reponit[o].

CONVENIT omnibus morbis frigidis. Est enim calidum, penetratiuum, resolutiuum, mollit dura, & discutit tu[mo]mida. Opitulatur his qui patiuntur ep[i]lepsiam, vertiginem, obliuionem, par[a]lysin, spasmum, dolorem dorsi & genu[m] podagram, vel alios iuncturarum & ne[r]uorum morbos: medetur spleni, vesi[cae] & renibus.

Oleum Terebinthinæ.

℞. Resinæ Terebinthinæ aut Laricea[e] quam in Germania Terebinthinam v[o]camus ℔ iiij.

Eam pone in capacem Retortam, si[ue] Cucurbitam vitream, & per artem c[hy]stillatoriã elice eius oleũ, ita vt Cucu[r]bita aut Retorta arenæ imponatur. P[r]mò autem cum aqua exibit oleum t[e]nue & clarum, secundò aurei colori[s] vltimò fuscum & crassum, horum vnu[m]quodque per se auferto & reponito.

CONFERT omnibus ægritudinib[us] frigidis, & maximè neruorum.

Oleum Tartari.

℞. Tartari puri ℔ iiij.

Pone in ollam, & vre in fornace cr[e]late

ateribus aut tegulis aut fictilibus, vel
er se, donec omninò excandescat Tar-
arum. Posteà impone in sacculum la-
eo panno factum, & suspende in cella-
io, tum destillabit ex eo clarus quidam
iquor, quem repone. Porrò reverà hic
umor non est oleū, sed acerrima aqua.

VALET ad faciem tergendam, & eru-
gandam.

Oleum Cytoniorum D. Mesuæ.

℞. Cytoniorum non excorticatorum.
Succi Cytoniorum ana quantū sufficit.

Incidito Cytonia, & impone in vas
vitreum, & affunde succum. Affunde
etiam oleum omphacinum, hoc est, im-
maturum, vt excedat eius quantitas suc-
ci mensuram. Posteà stringe vasis orifi-
cium, & ad Solem omnia macera, aut
in æstuario diebus quindecim: deinde
coque in duplici vase, & abiice posthac
Cytonia, & adde recentia, & rursum ma-
cera & coque, inde etiam tertiò recen-
tia Cytonia impone, & prædicto modo
omnia perage, tum repone diligenter
obstructum, ne expiret.

Hodie tanta diligentia non fit hoc oleum: igitur rogo vt maiorem diligentiam impendant.

EST optimum contra debilitatem sto-
machi, vomitū & fluxum, sistit sudorem,
restaurat resolutionem, lapsas vires, cor-
roborat neruos & vires, confortat dige-
stiuam.

Oleum

Oleum ſampſuchinum.

℞. Foliorum Sampſuchi m. iiij.
Serpilli m. ij. Foliorum Myrti
m. j.
Abrotoni Siſimbrij ana m. ſ.
Caſiæ ligneæ veræ ʒ ij.
Olei omphacini quantum ſufficit.

Concidito & contundito omnia, & vitreo vaſi impone, ac infunde oleum vt ſupra ſpecies emineat: tum obſtructo vaſis orificio macera ad ſolem vel in æſtuario diebus octo. Poſteà exprime & expreſſum oleum infunde recentibus ſpeciebus, & hoc etiam tertiò facito.

Folia veræ Myrti accipi debent, quæ ex Itali & Narbonenſi Gallia afferuntur.

SISIMBRIVM, *id eſt, Mentha aquatica. eſt & aliud Siſimbrium in montibus naſcens, multi odoratius. quod melius eſſet ſi vbique haberi poſſet.*

OMPHACINVM, *id eſt, ex immaturis oliuis expreſſum.*

LASSITVDINI vtile eſt, & morbis cerebri & neruorum prodeſt, ob id in balneo inunctum paralyſim iuuat & ſpaſmum cynicum, vulgò torturam oris naribus iniectum: & auribus immiſſum à flatu tinnitum diſſipat, menſes ciet, ac morſui ſcorpionis prodeſt.

Oleum

Oleum Vitellorum ouorum.

℞. Oua recentia numero centum ; coquito donec penitus indurentur. postea vitellos eorum exime, & comminutos assa in sartagine, mouendo donec rufescant, & pinguedinem quandam remittant: deinde offam feruentem iniice in sacculum pilis contextum, & exprime, quodque expressum fuerit oleum repone.

EXPERIENTIA plurima probatum est, cutim expurgare, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia persanare, capillos regignere, & vlcera maligna & fistulosa curare.

Oleum Hyperici Iacobi de Manliis.

℞. Summitatum Hyperici iamiam matureſcentis ʒ iij.

Macerentur in vino odorifero diebus iij. bulliant deinde in vase duplici obthurato orificio vasis : posteà exprime, & recentis Hyperici par pondus iniice, & iterum macera & coque, & exprime, tum etiam tertiò recens Hypericum adde : & si vinum minuitur, adde aliquid. Posteà

℞. Terebinthinæ claræ ʒ iij.
Olei veteris clari ʒ vj.
Croci ϑ j.

Coquantur in duplici vase vsque ad consumptionem vini : posteà exprime, & à

& à sedimento purgatū oleum repone
CALIDVM est & siccum, stipticum
ob id consolidat vulnera inciſorum ne
uorum & combustionem ignis, sedi
dolores femoris & vesicæ, & prouoc
vrinam.

Oleum Irinum.

℞. Olei ℔ vj. Vini ℔ j.
Lauetur oleum ter in aqua calida, d
inde effusa aqua adde vinū, & insper
Macis ʒ iiij.
Cardamomi Zedoariæ ana ʒ ij.
Macerentur in loco aliquo calido, o
ſtructo vasis orificio per dies octo : p
ſteà in duplici vase coquito, vsque
consumptionem vini dimidij. Poſte
exprime oleum & inſperge ei puluere
ſubtilem
Iridis Illyricæ ℔ ij.
Macera vt prius diebus octo, deinc
exprime oleum, & recentis Iridis co
tuſæ par pondus iniicito, tunc rursus
ſolem aut loco calido diebus viij. m
cerato, & rursum exprime. Poſtrem
etiam tertiò exprime, & aliam Iride
adde, & similiter omnia perage : deinc
in duplici vase oleum vnà cum vltim
inſperſa Iride aliquamdiu coquito ;
vltimum deinde exprime & repone ol
um, cumq. videris subsidere ad fundu
vasis Iridis puluerem, leuiter cola.
Cùm ita permutatur crebrò Iris, oleo fragr
visib

tricibus aliquid decedit: ideò boni ponderis ℔ vj.
olei accipiantur.

ATTENVAT, resoluit, maturat, & digerit malos humores phlegmaticos pectoris & pulmonis, facilitat sputum & anhelitum, sedat tussim & frigidos dolores hepatis, splenis & maximè matricis, resoluit dura apostemata, & mollit durities, & confert spasmo, doloribus iunctura rum, aurium, & fœtori narium.

Oleum Irinum D. Nicolai Alexandrini.

℞. Olei sextarios x.
Aquæ sextarios iij.
Radicum Iridis ℔ iij. ℥ iiij.
Crini domestici radicis ℥ xv.
Cyperi viridis radicum ℥ vj.
Helenij ℥ iij Anchusæ ℥ ij.
Cinnami Assæ Spicæ ana ℥ ß.

Contundantur radices & aliæ species, & macerentur in oleo & aqua diebus quinque ad solem vel loco calido, obstructo vasis orificio: posteà supra lenes prunas in duplici vase coquito, donec aqua consumpta fuerit; deinde refrigerare finito; vltimò exprimito, & cùm aliquid subsederit, sensim excolato oleum.

Nicolai Alexandrini Latinum & impressum exemplar ita tradit huius olei confectionem.

SEXTARIVS *Romanus, mensura est*

quæ habet olei vncias ponderales xvj. ʒ v. ℈ ij

CRINON domesticum, id est, Lilium c doratum album quod in hortis plantatur.

Non vbique habentur radices Cyperi viridis, id aridas sume, & vino asperge tritas.

HELENII, id est, Enulæ Campanæ, v delicet radicum eius.

ANCHVSA, est Buglossa silvestris, rubr radice, quam aliqui hodie non rectè Alcannam vo cant: tinguntur ea radice vnguenta, & cera.

B CINNAMVM, idem est quod Cinnamo mum.

C ASSAE] ego hîc non dulcem Assam, sed fœ tidam ponerem; licet tamē vtriusque ʒ ß. accipero

P. C. SCHOL.

A Oleum Irinum Nicol. Alex.] Cùm Myrepsi descriptio ab hac Nicolai diuersa sit, tem rè Fuchsius hanc erroneam dicit.

B Cinnamum.] Cinnamomum imò lege dum; aliquantulum nempe differunt, vt alibi a ximus.

C Assæ.] Num huius loco Casiæ cum Fuch legendum sit, videndum. Interea fallitur Cordu Azam hîc fœtidam intelligendam putans.

VSVRPATVR ad diuturnum cata rhum naribus illitum. Ozænas & putr dines narium aufert, tinnitum auriu cum aceto & ruta & amygdalis amar commistum, & auribus iniectum t lit, asthmaticis gargarismo adhibito op culatur, hęmorrhoïdas veteres inunctu siue colo iniectum educit.

Ole

Oleum Moschelinum D. Nicolai.

℞. Olei puri ℔ viij.
Aquæ ℔ iij.
Folij [*aut succedanei eius.*]
Spicæ nardi Indicæ
Costi [*odorati & veri.*]
Mastiches ana ʒ iij.
Styracis calamitæ Croci
Myrrhæ Troglodyticæ
Xylocinnamomi [*in eius absentia corticis Cinnamomi.*]
Casiæ ligneæ veræ ana ʒ j. ß.
Carpobalsami [*aut succedanei eius.*]
Caryophyllorum
Bdellij ana ʒ j.
Moschi ʒ vj.
Nuces Indicas num. iiij.

Confice sic: Folium aut eius succedaneum, Myrrham, Casiam, Carpobalsamum, & Bdellium tere, & per biduum in aqua & oleo macera: posteà coque supra lentum ignem in duplici vase vsque ad consumptionem aquæ: deinde reliqua omnia in tenuissimum puluerem redacta insperge, excolato & expresso oleo, & iterum macera & coque paulumper: vltimò deinde Moschum admisce, & repone, & patere vt aromata subsidant; ea interdum oleo commisce, agitato vase.

Ex Nicolao Alexandrino desumptum est hoc oleum, apud quem non puri, sed Punici olei legitur,

id est, in Aphrica nati, quod omnium optimum e
dulcissimum existit.

Pro Folio sume radicularum Spicæ Romanæ, m
cis ana ʒ j. ß.

Pro Xylocinnamomo sume Cinnamomum el
ctum.

D NVX Indica hîc non significat grandem illa
nucem quæ vbique Indica nux vocatur, sed nuce
moschatam. Nam veteres Græci eam appellant C
ryon sive Carydion Indicon, id est, Nucem sive m
culam Indicam: vocatur etiam Caryon Myrepsicoo
id est, Nux vnguentaria sive odorata: & Moschi
caryon, hoc est, Moschata nux. quod diligenter
hoc loco notandum est.

C. SCHOL.

A Aquæ.] Fuchsius vinum aquæ loco sumendi
satis aptè dicit.

B Xylocinnamomi.] Nicolai Alex. exem
plar Xylocinnami legit.

C Moschi ʒ vj.] Nimia certè quantitas
quare forsan ʒ iij. legendæ erunt, vt pro du
bus ij. inferius in vnum contractis, n scriptor
olim cæcutientes legerint.

D Nux Indica.] Nuces Indicas hodie pass
vocatas Fuchsius hoc loco intelligendas, non Nu
Moschatas vulgò appellatas, contendit: eo qu
hasce veteribus Græcis cognitas non fuisse const
Verùm idipsum & de Caryophillis ac Moscho ha
compositionem quoq; ingredientibus dici poss
quod non perpendit Fuchsius. Posterioris etenim
culi compositionem hanc esse, quod omnia hîc co
memorata cognouit, est indubitatum.

Ess

EST optimum ad omnem frigiditatem corporis, potisimùm ventriculi, & ad dolorem lateris foris inunctum. Stranguriosis & colicis, & ad omne neruorum vitium illitum optimè facit, miscetur epithematibus & emplastris quæ ad stomachi & renum affectiones adsciscuntur.

Oleum Rutæ.

℞. Rutæ recentis incisæ & contusæ quantum libuerit, pone in vase vitreo, & affunde olei veteris clarissimi sufficientem mensuram, & maceraad solem, aut in loco calido aliquo diebus quindecim: deinde in duplici vase coquito, & abiecta Ruta recentem injicito, & iterum quindecim diebus macerato; posteà simili modo coquito & exprimito, & tertiò recentem Rutam injice; macera quoque & cola.

Ita debet præparari oleum hoc & aliquot sequentia.

EST calidum, aperriuum, resolutiuum, & mitigatiuum dolorum, calefacit renes, vesicam, matricem, & sedat dolores eorum, & maximè colicam, si venter vngatur, & fiat ex eo solo clyster: prætereà opitulatur neruis, confert spasmo, & expellit frigidos humores.

Oleum Anethinum.

Oleum Anethinum fit ex floribus & foliis Anethi, & oleo veteri claro eodem modo quo Rutaceum Oleum.

SEDAT dolores, aperit poros, & resoluit vapores & apostemata, tumores & durities: mitigat dolores & rigores febrium, prouocat somnum & sudorem.

Oleum Chamæmelinum.

Oleum Chamæmelinum siue Chamomillæ, vt vocant, fit ex floribus Chamæmeli, id est, Chamomillæ, & oleo veteri claro, vt Rutaceum oleum.

VALET ad plura; aperit poros, resoluit vapores, fistit fluentes humores, corrigit malas qnalitates, confert neruis & membris neruosis, & apprime mitigat dolores.

Oleum Lilinum.

Oleum Lilinum, siue Liliorum, fit ex Liliis albis odoratis recentibus & oleo veteri claro. vt oleum Rutaceum.

SEDAT frigidos dolores pectoris, renum, vesicæ, matricis, & colicam; est enim calidum, resolutiuum, mitigat tussim, & efficaciter resoluit, & citiùs maturat apposteмata.

Oleum

Oleum Narcissinum.

Oleum Narcissinum fit primo Vere ex recentibus floribus albi Narcissi, qui vocatur Germanicè Mertzenblum, Weyshornungsblum, Weyssaprillenblum, Weys Iosepsstebe: fit vt Rutaceum.

VALET ad emolliendas vuluæ duritias, præclusionesque.

Oleum Liguſtrinum D. Mesuæ.

Oleum Liguſtrinum, quod Græci vocant Cyprinum, Arabes autem oleum de Alcanna, fit ex floribus recentibus Liguſtri florente vite, aut paulo poſt, & oleo veteri clariſsimo, ad modum Rutacei olei.

Liguſtrum eſt arbuſcula ſalicis ferè folio, floribus paruis candidis, veluti ſpumoſis & mucoſis: Germanicè vocatur Reynweyden & Muntholtz. Naſcitur copiosè ad Rhenum, & in Miſnia, Heſsia, Sueuia, Wittenbergenſi agro, Thuringia, & circa Nurembergam, non longè à Calckreut.

PARTES neruoſas roborat, & capillos à canitie vindicat.

Oleum Sambucinum.

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci, & oleo veteri clariſsimo, quemadmodum etiam oleum Rutaceum.

LENIT, abſtergit, & mundificat cutim, medetur icteritiæ, & maximè

hepati infirmo, oppilato, & plurimum confert doloribus iunẽturarum.

Oleum Iasminum.

Oleum Iasminum, quod Arabes vocant Iaseminum & oleum de Zambach, fit ex floribus Iasminis, siue Iaseminis, siue Zambachi, & oleo veteri claro, vt oleum Rutaceum.

Est Iasmæ flos similis Violis aut Cheyri, admodum odoratus; nascitur in frutice, qui multis viticulis ascendit pergulas & concamerationes, vt vitis. Colitur in Italia & Gallia.

OPITVLATVR corporibus quæ calefactionem laxationemque desiderant.

Oleum Cheyrinum.

Oleum Cheyrinum fit ex Leucoiis luteis, hoc est, ex Cheyris citrinis & oleo veteri claro, vt Rutaceum oleum.

Cheyri Germanicè dicuntur Gelbe-Violen.

DOLORES neruorum aliarumque partium corporis mitigat, eaque quæ in thorace, renibus & vesica sunt, discutit.

Oleum Myrtillorum.

Oleum Myrtillorum fit ex Myrtillis, hoc est, baccis veræ Myrti, & oleo omphacino, hoc est, immaturo, eodem modo quo Rutaceum.

Myrtus vera apud nos non nascitur: neque habemus

bemus semper virides Myrtillos, sed aridos: vt plurimùm enim ex Hispania & Italia afferuntur: ideò necesse est vt vino odorato aspergantur.

REFRIGERAT & adstringit, ideoque cœliacis affectibus subuenit, sanat igne ambusta, pustulas erumpentes illitu emendat, attritus hyeme concitatos, & intertrigines illitum corrigit. Sedis rimas, condylomata, luxatos artus persanat, & sudores coërcet.

Oleum Myrtinum.

Oleum Myrtinum fit ex foliis veræ Myrti & oleo Omphacino, id est, immaturo: quemadmodum oleum Myrtillorum.

Quoniam verò Myrti veræ recentia folia apud nos haberi nequeunt, ideò sume folia Myrti veræ quæ ex Italia & Narbonensi Gallia & Candia afferuntur dennò, & asperge ea contusa vino veteri odorato, vt dictum est proximè in oleo Myrtillorum.

CEREBRVM, neruos, cor & ventriculum roborat.

Oleum Menthæ.

Oleum Menthæ fit ex Mentha crispa satiua & oleo omphacino, id est, immaturo, eodem modo quo Myrtinum aut Rutaceum oleum.

VENTRICVLVM refrigeratum & imbecillum calefacit: firmat nauseam, vomitumque reprimit, appetentiam excitat, coctionemque iuuat.

Oleum Absinthij.

Oleum Absinthij fit ex Absinthio Pontico & oleo omphacino claro, quemadmodum oleum Rutaceum.

Absinthium Ponticum nos non habemus, quod videlicet non adeò calidum est, sed suauioris odoris & valdè adstringens. Nostrum verò Absinthium siue rusticum Absinthium calidius est, & nihil ferè adstringit, vt etiam Galenus scribit: ideò corrigendum est cum Rosis, quæ dimidium eius pondus æquent.

CALEFACIT, ac roborat ea quæ sunt refrigerata, potissimùm verò ventriculum, excitat appetentiam, obstructiones aufert, lumbricosque enecat.

Oleum Rosaceum.

Oleum Rosaceum siue Rosarum fit ex Rosarum rubearum nondum penitus apertarum decerptis foliis & oleo Omphacino, id est, immaturo, eodem modo quo Rutaceum oleum.

Refrigerat & astringit, inflammationibus præsidio est, æstuantem ventriculum restinguit, erosiones intestinorum clysteribus inditum, & dolores dentium, si eo colluantur, sanat.

Oleum Violaceum.

Oleum Violaceum siue Violarum, fit ex floribus Violarum & oleo Omphacino,

cino, id est, immaturo, quemadmodum Rutaceum & Rosaceum.

REFRIGERAT, incandescentibus inflammationem feruoribus vtile est.

Oleum Nenupharis albi.

Hoc oleum fit ex recentibus floribus Nenupharis, quæ albos flores producit; & oleo Omphacino, quemadmodum Violaceum.

NYMPHAEATVM oleum vires habet Violati: refrigerat tamen magis quàm Violatum, & minus quàm Papauerinum: hypnoticis, & intemperaturam partium, vt renum, calidam sanantibus vtiliter miscetur, & Veneris tentiginem prohibet genitali inunctum, somnum etiam conciliat.

Oleum Nenupharis Citrini.

Hoc oleum fit ex luteis, siue Citrinis Nymphææ, hoc est, Nenupharis floribus, & oleo Omphacino, vt Violaceum oleum.

Oleum Populinum.

Populinum oleum fit primo Vere ex oculis Populi arboris contusis & oleo veteri claro, loto in aqua calida aliquoties, eodem modo quo Rutaceum aut Anethinum oleum.

Oleum Populinum D. Nicolai Alexandrini.

℞. Olei ℥ lxxxvj. faciunt ℔ vij. ℥ ij.
Vini ℔ iiij.
Gemmarum Populi arboris recentium
Veris initio collectarum ℔ iij.

Gemmæ Populi diutissimè terantur, & macerentur in vino & oleo diebus septem, & quotidie sæpè agitentur. Octaua deinde die supra lentas prunas in duplici vase coquito, vsque ad consumptionem vini: deinde exprimatur oleum & reponatur.

Porrò hoc oleum efficacius erit, si secundò & tertiò recentes Populi gemmæ addantur.

GEMMAE *Populi, id est, oculi Populi.*

Expedit ad capitis dolorem, arthriticis, nephriticis & podagricis, & vbicumque dolor fit.

Oleum Amygdalorum dulcium.

℞. Amygdala dulcia sicca, non tamen rancida, contundantur minutissimè: postea in sartagine aliquantulum torrefacies affuso aquæ Rosaceæ modico, postea prælo exprime.

LENIT asperitates pectoris, guttu-
ris & pulmonis, duritiem & siccitatem iunc-
turarum: est suaue in cibis, & con-
fert hecticis & phthisicis; impinguat,
auget sperma, sedat tussim & ardorem
vrinæ,

vrinæ, veſicæ & vuluæ excoriatæ, cum fiſtula iniectum.

Oleum Amygdalorum amarorum.

Fit hoc Oleum eodem modo quo ex dulcibus Amygdalis.

APERIT oppilationes, & diſcutit ventoſitates & vapores, ſed potiſſimum medetur ſurditati, ſibilo & dolori aurium, lenit duritiem neruorum, & delet maculas faciei.

Oleum Balaninum.

Oleum Balaninum fit ex Balano Myrepſica, id eſt, Glande vnguentaria, quam Arabes vocant Granum Ben. Fit autem ex tuſo aſſatoque, affuſa Roſacea aqua, fructu ipſo.

Fructus hic ipſe Auellana magnitudinem habet, colorem candicantem, & figuram vt plurimum triangularem. Cortice tenui claudit pinguem quendam nucleum fungoſa & alba tunica inuolutum. affertur ex Syria & Arabia.

OLEVM Balaninum repurgat maculas, varos, lentigines, cicatricum nigritias, fucos, aluum ſoluit, ſed ventriculo aduerſatur, dolores aurium emendat. Item ſi ſonant aures, vel ſtrepitum, aut ſibilum edunt, cum adipe infuſum auxiliatur.

Oleum de Cherua.

Oleum hoc fit ex pingui quodam ſemine,

mine, quod Arabes Cherua, Græci Crotona. Latini Ricinum vocant. Fit autem eodem modo quo oleum Amygdalorum.

Planta quæ semen hoc producit, vocatur à recentioribus Catapuntia maior, ab Italis Palma Christi, & Mira solis, à Germanis Wunderbaum, Zekensame, & Heyduisch Sprinckorner.

PRODEST psoris, vlceribus capitis erumpentibus, sedis inflammationibus, vuluis quæ occlusæ conuersæque strangulant, cicatricibus fœdis, aurium doloribus, potu aluum ciet, si quis aquis grauatur, lumbricos ejicit.

Oleum Papaueris.

E semine vtriusque Papaueris tam albi quàm nigri exprimitur oleum, eodem modo quo ex Amygdalis, Balano Myrepsica, & Cherua.

IMPINGVAT, asperam arteriam lenit, febrium ardorem mitigat, & insomnium.

Oleum Hyoscyami.

Hoc oleum exprimitur ex Hyoscyami semine eodem modo quo ex Papauere.

Oleum Spicæ.

Oleum Spicæ fit per destillationem ex maiori Lauendula, quæ Spica vocatur.

Hoc

Hoc oleum apud nos maioribus ſumptibus ſit quàm in Gallia Narbonenſi, ideò potius emendum eſt à mercatoribus, qui illud è Gallia afferunt.

Oleum Laurinum.

Oleum Laurinum apud nos non facile fieri poteſt: quoniam verò in magna copia affertur ex Italia & aliunde, ideò facilè emitur à Materialiſtis.

CALIDVM eſt & apertiuum, mitigat colicam & frigidos dolores ventris, ſtomachi, capitis, hepatis, ſplenis, renum, matricis, neruorum, iuncturarum; denique omnibus ægritudinibus frigidis confert.

Oleum Seſaminum.

* OLEVM Seſaminum exprimitur è Seſami ſemine, eodem modo quo de ſem. Papaueris.

Seſamum verum affertur ex Alexandria AEgyti Venetias: nunc ex Italia & Hiſpania, vnde ematur ſincerum, nam adulteratur oleo Nucum & Papaueris, ſed odore & ſapore facilè deprehenditur à peritis dolus.

OLEVM Seſaminum impinguat, auget ſperma, lenit guttur & omnem aſperitatem & duritiem, & clarificat vocem.

Petroleum Flauum.

PETROLEVM clarum, quoddam eſt album, quoddam verò aurei coloris:

coloris : Defluit autem ex petris in Italia & plerisque aliis locis, vnde ad nos affertur.

CALEFACIT, siccat, essentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit: proinde materiam omnem excrementosam consumit, ob id epilepsiæ, paralysi, vertigini, obliuioni, & lienis, renum, vesicæ, uteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruosarum doloribus frigidis maiorem in modum confert.

Petroleum nigrum.

Petroleum nigrum, siue Naphtha nigra, crassius est, quàm flauum: Gignitur autem in agro Brochdorpiano & Brunswicensi in Saxonia.

PETROLEVM, *id est, Naphtha.*

OPOBALSAMVM SVCCEDANEVM PRETIOSVM EVRICII CORDI, *qui Valerij pater fuit, huic editioni ex Val. Cordi scriptis nunc primùm accedens.*

℞. Iridis Illyricæ
Zarnabi longi [*id est, Zedoariæ.*]
Zarnabi rotundi [*id est, Zurumbeth.*]
Cubebarum Cardamomi maioris
Cardamomi minoris Agallochi
Olei Benzoi ana ʒ iiij.
Caryophyllorum

Nucis

Nucis moſchatæ Macis
Arceutidum [*id eſt, gran. Iuniperi.*]
Caſſiæ Cinnamomi Santali citrini
Benzoi ana ʒ ij.
Croci Aſari Maioranæ
Schœnanthi
Nardi Celticæ rad.
Roſarum rubearum
Cyperi longi & rotundi ana ʒ ß.
Camphoræ ℈ ij.
Moſchi ℈ j.

Hæc omnia trita macerentur in vino Rhenano ter ſublimato, diebus octo. Poſteà diligentiſſimè diſtillentur in balneo. Deſtillatæ deinde aquæ quæ primò exiuerit, cape ʒ vj. in quibus diſſolue optimæ, candidiſſimæ, electæque Myrrhæ ʒ ij. ſic tenuiſſima & præſtantiſſima pars Myrrhæ, aquæ vitæ miſcetur: craſſior verò inſtar fecis ſubſidet, quæ nequaquam eſt ſeparanda aut excolanda: quoniam in fundo dimiſſa ipſum Opobalſamum aliquotannis conſeruabit incorruptum.

VNGVENTA.

Vnguentum Agrippæ Regis D. Nicolai.

℞. Radicum Bryoniæ ℔ iß.
Radicum Cucumeris aſinini ℔ ß.
Scyllæ ℔ ß. Ireos ʒ iij.
Radicum Filicis Radicum Ebuli

Tribulorum aquaticorum ana ℥ ij
Ceræ albissimæ ℥ xv.
Olei albissimi ℔ iiij.

Radices omnes istæ recentes incisæ & contusæ macerentur in oleo per dies octo: deinde coquantur, posteà exprimantur: & in colato oleo & expresso resoluatur cera, & fiat vnguentum secundum artem.

Apud Nicolaum Alexandrinum inuenitur idem vnguentum: sed impressi codices non habent radices Filicis & Ebuli, & Tribulos.

Oportet omnes istas radices & tribulos esse recentes. quòd si necessitas vrgeat, & non sint ad manus recentes; tunc sume siccatas, & affunde vini optimi ℔ iiij.

A TRIBVLI *aquatici sine marini, sunt vasa fernusse, & ipsi fructus accipi debent.*

P. C. SCHOL.

A Tribuli aquatici.]*Dessennius verò contra non fructus, sed radices hîc intelligendas esse puta*

HYDROPICIS omnibusque corporis œdematis succurrit. Neruorum mala sanat, vrinam mouet, extrinsecus illitum ventrem subducit, doloriqué remedium vtile.

Vnguentum Apostolorum D. Auicennæ.

℞. Terebinthinæ Ceræ albæ Resinæ Hammoniaci ana ʒ xiiij.
Aristolochiæ longæ Thuris masculi Bdellij ana ʒ vj.

My

Myrrhæ Galbani ana ʒ iiij.
Opopanacis Floris æris ana ʒ ij.
Lithargyrij ʒ ix.
Olei, si fuerit æstas ℔ ij.
In hieme autem ℔ iij.
Accti quantum satis est ad Hammoniacum, Galbanum, & Opopanacum dissoluenda.

Confice secundum artem.

FLOS AEris *propriè significat grana quædam parua, quæ à partibus æris prosiliunt cùm refrigerantur affusa aqua partes æris: hoc tamen loco solet poni viride æris.*

EST efficax contra vulnera & vlcera difficilia & fistulas: consumit carnem mortuam, & consumptam restaurat, duram mollit, & plagas sanat.

Vnguentum Aregon D. Nicolai.

℞. Rosmarini Maioranæ
Radicis Iari Serpilli Rutæ
Rad. Cucumeris asinini ana ʒ iiij. ß.
Foliorum Lauri Saluiæ
Sabinæ ana ʒ iij.
Pulicariæ maioris
Pulicariæ minoris ana ʒ iiij.
Radicum Bryoniæ ʒ iij.
*Laureolæ ʒ iiij. ß.
*Nepetæ ʒ iij.
*Mastiches
*Olibani ana ʒ j. ß.
*Pyrethri
*Euphorbij ana ʒ j.

Zingiberis
*Piperis ana ʒ iiij. ß.
Adipis vrſini
*Olei Laurini ana ʒ iij.
Olei moſchellini ʒ ß.
Petrolei clari ʒ j.
Butyri ʒ iiij.
Olei communis ℔ v.

Herbæ & radices Maio menſe collectæ, in oleo macerentur diebus ſeptem, deinde coquantur additis circa coctura medium ſiccis reliquis: tum colentur.

Colato oleo adiice reliqua, &
Ceræ ℔ j. ʒ iij.

OLEVM debet eſſe purum & vetus. Porrò auctores non ponunt certam menſuram olei: quidam iubent accipi ℔ v. vel quantum ſufficit. Sed tantum herbarum & radicum pondus & quantitas, non poteſt bullire in ℔ v. olei: ideò accipe olei ℔ medicinales ſex, & affunde aquæ etiam aliquot libras, & coque ad conſumptionem aquæ, & cola.

IARVS eſt vera Serpentaria; pro qua ponitur Aron recenter effoſſum.

PVLICARIA, id eſt, Conyza, Germanicè vocatur Durwurtz, & eſt ſimilis Enulæ Campanæ in foliis, caulibus & floribus; ſed multo minor, naſcitur humidis locis & exiccatis aquis circa ſtagna.

LAVREOLA, eſt planta ſimilis Thymelææ, id eſt, plantæ in qua naſcitur Coccum gnidium: cuius loco ſume radices vel folia Cocci gnidij.

OLEVM Moſchellinum ſuo loco deſcriptum eſt.

P. C.

P. C. SCHOL.

Et affunde aquæ.] *Cæcutit Cordus in aqua vnguentum coquens, cùm in vino coquendum esse ratio dictitet.*

Cæterùm cùm vnguentum istud in ponderibus minùs corruptum vndique legatur, nos idipsum, quantum nunc licuit, restituimus.

PRODEST malis corporis frigidis, conuulsionibus, resolutionibus partium. Item dolori colico, renum, articulorumque.

A *Vnguentum Martiatum D. Nicolai.*

℞. Ceræ albæ ℔ ij.
Olei ℔ viij. [*aut quantum sufficit.*]
Roris marini
Foliorum Lauri ana ʒ viij.
Rutæ ʒ iij.
Tamarisci [*foliorum scilicet*] ʒ vj.
Maioranæ Sabinæ
Balsamitæ Saluiæ
Ocymi Polij [*videlicet veri*]
Calaminthæ Artemisiæ Enulæ
Betonicæ Brancæ vrsinæ Spargulæ
Herbæ venti Pimpinellæ
Agrimoniæ
Absinthij Herbæ paralysis
Herbæ sanctæ Mariæ
Cimarum Sambuci
Herbæ crassulæ Millefolij
Semperuiuæ Chamædryos
Centaureæ

Centumneruiæ Fragulæ Tetrahit
Quinquefoliȷ ana ʒ iiij. ß.
Radicum Hibiſci [*id eſt, Althææ.*]
Cymini Myrthæ ana ʒ iij.
Fœnugræci ʒ j. ß.
Butyri ʒ j. ʒ ij.
Vrticæ Violarum Papaueris nigri
Menthæ Saracenicæ Menthæ criſpæ
Lapathioli Polytrichi
Carduncelli
Matris ſiluæ Maturellæ
Herbæ moſchatæ
Alleluiȷa Linguæ ceruinæ Criſpulæ
Camphoratæ Styracis calamitæ
Medullæ ceruinæ ana ʒ ß.
Adipis vrſini Adipis gallinacei
Maſtiches Thuris ana ʒ j.
Olei nardini ʒ ij.

Herbæ omnes in Maio menſe colligantur, & inciſæ macerentur in vino odorifero per dies ſeptem, octauo deinde die coquantur, donec ferè conſumatur vinum: poſteà cola, & colaturæ expreſſæ adde oleum, & coque denuò donec conſumatur vinum, mox adde ceram & reliqua ſecundum artem.

In hoc vnguento multa ſunt herbarum nomina, quæ apud probatos Auctores nuſquam inueniuntur, ideoq; aliquis non facilè eas interpretabitur.

NICOLAVS *Præpoſitus loco Maioranæ habet Esbrium, alij autem habent vtrumque. Sed non conſtat quid ſit Esbrium: alij enim dicunt Maioranam eſſe, alij Saluiam: ſed vtrumque*

ingre-

ingreditur hoc vnguentum tam Maiorana quàm Saluia.

BALSAMITA, id est, Mentha aquatica.

BRANCA vrsina vera, quæ Romana cognominatur, accipi debet, quæ habet radices longas multas glutinosas, sapore Tragacanthæ. Et alio nomine vocatur Acanthus: quæ verò Germanicè vocatur Bernclaw, & habet Anethi vmbellam & semina edore & sapore cymicum, nihil minus est quàm Branca vrsina: nam semper illam Romanam brancam vrsinam intelligunt auctores omnes. est autem vrbana & hortensis herba Branca vrsina vera.

B SPARGVLA, id est, Gallion, Germanicè vocatur Ranrizen & Sprengelblum; herba est denso, numeroso, conferto & odorato flore.

C PIMPINELLA, quam Auctor intelligit, est Sanguisorba, quæ Germanicè Blutſſdrofflein vocatur.

HERBA Paralysis, id est, Himelschuſſel.

D HERBA sanctæ Mariæ, secundum interpretationem omnium, est Persicaria.

HERBA Crassula pinguia habet folia: nascitur in muris & in tectis: Germanicè vocatur Fettehenne, siue Donnerkaut.

CENTVMNERVIA, id est, Plantago maior.

TETRAHIT, id est, herba Iudaica, quam dicunt esse Orobum.

LVMINARIS maioris auctor Ioannes Iacobus Manlius, pro Cymino & Myrtha habet Cinarum Myrthi. Sed nescio quàm bene: non tamen improbo. Porrò Nicolai Alexandrini impreſ-

sum exemplar habet Cymini & Myrthæ ; sed Nicolaus Præpositus pro Myrtha habet Myrrham : sed malè.

LAPATHIOLVM, id est, Acetosa.

POLYTRICHON, herba est ex speciebus Capilli Veneris.

MENTHA Saracenica, Germanicè vocatur Vnser frawen mintze. Herba habet folia oblonga, Lapathio minora, & in summis caulibus aureos flores in corymbis dispositos ferè vt Tanacetum : tota odoratissima est.

CARDVNCELLVS, id est, herba Turcha, quam nos in Germania vocamus Carduum benedictum.

MATRISSILVA, id est Periclymenum, Germanicè vocatur Speklilien: ascendit arbores vt Vitis, flores habet longos, reflexos & odore Lilij. Nurembergæ in hortis colunt, cùm alibi proueniat sponte in siluis.

MATVRELLA, id est, Phu, id est, Valeriana maior. Impressi codices Nicolai Alexandrini non habent Maturellam, sed Marathrum, id est, Fœniculum: sed malè.

ALLELOVIA, id est, Trifolium acetosum: Germanicè Buchampfer vocatur.

CRISPVLA quæ sit herba, non constat recentioribus : alij enim Buphthalmum, alij herbam Cancri sic vocant, nec indicant figuram herbæ Cancri : ego autem ponerem eius loco Buphthalmum, id est, Cotulam maiorem, non fœtidam.

HERBA MOSCHATA duas habet species: vna habet veluti acus longas, & est rostrum Ciconiæ: altera est parua, & non habet acus, sed

sed est herba admodum parua, folia habet similia concauæ radici, id est, Holtzurtz, odorem habet in Maio mense Muſci; nascitur umbrosis locis iuxta concauam radicem id est Holtzurtz, in Maio tantùm reperitur: Germanicè vocatur Biſemkraut.

CAMPHORATA *est Abrotonum, quia odore accedit ad Champhoram; quidam dicunt esse Abrotonum siluestre sine album, sed perinde est: efficacius tamen est vulgare Abrotonum.*

Nicolaus Alexandrinus paulò aliter describit hoc vnguentum, vt codices impressi ostendunt. ideoq; & eius modum subiungemus: nam variatur ponderum ordo & quantitas.

ADVERSVS frigida corporis mala, resolutionem coxendicum, nephritim, conuulsionem, & id genus alia valet: tumores reprimit, durities emollit, liuoremque cutis emendat.

Vnguentum Martiatum magnum D. Nicolai Alexandrini.

℞. Ceræ albæ ℔ ix.
Olei sextarios vj.
Pet. verò Coud. Ceræ ℔ xij. Olei sextar. ℔vj.
Rosmarini Foliorum Lauri ana
℔ ij. ß.
*Amaraci ℔ ij.
Esbrij Sabinæ
Balsamitæ Ocymi
Eleliſphaci [*id est, Saluiæ.*]
Polij [*scilicet veri.*]
Calaminthes Artemisiæ Enulæ

Betonicæ Brancæ vrſinæ
Herbæ venti Pimpinellæ
Argemoniæ Abſinthij
Herbæ paralyſis
Herbæ ſanctæ Mariæ
Cimarum Sambuci
Herbæ craſſulæ
Semperuiuæ Millefolij
Chamædroys Centaureæ
Centineruiæ Fragulæ
Quinquefolij
Herbæ Tetrahit ana ℔ j. ß.
Radicis Euiſci Cymini
F Myrthæ ana ℔ j.
Fœnugræci ℔ ß Butyri ℥ v.
Vrticæ Violarum Papaueris rubri
Menthæ Saracenicæ
Menthæ alterius [*id eſt, Menthæ criſpæ ſatiuæ.*]
Lapathioli Polytrichi Carduncelli
Matris ſiluæ Marathri
Herbæ moſchatæ
Alleluia Linguæ ceruinæ Criſpulæ
Camphoratæ Styracis
Medullæ ceruinæ
Adipis vrſini
Adipis gallinacei ana ℥ iij.
Thuris ℥ ij. Olei nardini ℥ j.

Confice hoc modo: Herbas omnes atque radices in fine Maij menſis vel circa Solſtitium æſtiuum collectas, minutim inciſas in vini ſufficienti quantitate macerato per dies ſeptem: octaua

deinde die coquantur lento igne, donec propemodum vinum sit consumptum: posteà cola & exprime, & affunde colaturæ expressæ olei prædictos sextarios, & iterum coque, donec omnis aqueus herbarum succus cum vino in vaporem resolutus fuerit: deinde adde Ceram in partes confractam; & paulo pòst Adipes, Butyrum atque oleum Nardinum: ad vltimum verò Styracem, atque Thus in minutissimum puluerem trita: melius tamen esset, optimam & electam Styracem, & puram instar resinæ alicuius, vnà cum Cera indere: nam liquescit in oleo. Sed talis Styrax calamita rarissimè ad nos affertur. Porrò miror in hoc vnguento, quòd tam parum olei tot herbarum libris addatur: præterea etiam optimæ vires aromaticarum herbarum in coctura euanescunt.

Ita se habet vnguenti huius compositio secundum impressum Nicolai Alexandrini exemplar.

SEXTARIVS *mensura est Romana, quæ capit mensurales vncias viginti olei: pondere verò habet olei vncias sedecim, drachmas quinque, scrupulum vnum. Sex autem sextarij olei, faciunt in hoc vnguento* ℔ viij, ℥ iij.

ESBRIVM *quidam dicunt esse Maioranam, quidam flores Saluiæ: ego autem acciperem pro Esbrio Maioranæ capitula, summitates & flores.*

AMARACVM *ego hîc non credo significare Matricariam, cùm per eam vocem etiam Maioranam*

ioranam posſimus intelligere, nam vtraque amaracus vocatur; ſi autem Maioranam inieceris, multò odoratius vnguentum fiet, quàm ſi Matricariam indideris.

HERBA *venti, id eſt, parietaria vera.*

PIMPINELLA, *hîc non ſignificat Germanicam Pimpinellam acri radice, quam Itali vocant Saxifragiam; ſed eam quam Itali vocant Sanguiſorbam, Germani Blutstroſſleyn. Radicem habet rubram Tormentillæ ſapore: naſcitur in pratis vna eius ſpecies, altera in montibus, & Itali in acetariis miſcent, habetq; cucumeris odorem.*

QVIDAM *non habent Cyminum, ſed Cimas Myrthæ: eſt autem Myrtha idem quod Myrthus. Alij habent Myrrham, ſed malè.*

PRO *Papauere rubeo habent alij Papauer nigrum: eſt autem rubeum Papauer idem quod agreſte Papauer in agris naſcens.*

MARATHRVM, *id eſt, Fœniculum. Porrò ego hunc locum Nicolai Alexandrini credo eſſe corruptum, & cenſeo pro Marathro legendum eſſe Maturellam, id eſt, Phu maius, cuius radices accipi debent.*

Lingua ceruina eſt herba quæ hodie impropriè Scolopendria nominatur.

P. C. in vtrumque vng. Martiatum Schol.

A Vng. Martiatum.] *Fuchſius rectè monet, non Martianum, ſed Martiatum nominandum eſſe.*

B Spargula, id eſt, Gallion.] *Spargulam non Gallion, vt Cordus ait, ſed Apparinen eſſe veterum, Fuchſius rectè ſenſit.*

Pim-

C Pimpinella.] Fuchsius per hanc vocem, non Sanguisorbam Germanis vocatam, cum Cordo hîc intelligendam esse vult ; sed acrem herbam Saxifragam à multis appellatam, Germanis Pimpinellæ nomine cognitam : idq; capropter, quòd adstrictoria sua facultate, huic medicamento Sanguisorbam malè conuenire existimet: quasi verò nihil vnguentum hæc præterea recipiat, quod adstringat atque etiam refrigeret. Itaque cùm Italiæ multo prius (imò forsan in ea fabricatum) quàm Germaniæ vnguentum istud cognitum fuerit, Pimpinellam Italorum seu Sanguisorbam Germanorum hîc intelligendam esse contendo.

D Herba sanctæ Mariæ.] Hanc Persicariam esse, siniſtrè Cordus interpretatur, vt & Fuchsius quoque inquit : sed eam esse quam Saluiam Romanam, & Mentam Græcam, seu Costum hortensem, ac Lassulatam, Etruscis vocari constat, Vnser frauwen mintz Germanis dictam, à Mentha Saracenica diuersam. Qua in re falli nihilominus Fuchsium existimo, Mentham hanc Græcam cum Saracenica confundentem, eandemq; facientem, cùm diuersæ sint : ni Germanis aliquibus ita eam appellare placuerit, Italis tamen secus ; qui hac in re, ob eas quas superiùs dixi rationes, hîc quoque consulendi atque credendi sunt.

E Mentha Sarac.] Hanc Mentham Saracenicam, vocatam quoque Mentham Romanam, in suis de Stirpium libris, imagine & scripto depingit doctiss. Rembertus Dodonæus : quæ hoc loco intelligenda erit : quicquid Fuchsius ex suo corruptissimo in medium proferat.

Myr-

F Myrthæ.] *Fuchsius Myrrhæ legi mauult, nescio quàm bene: cùm vnguentum Marciatum parum Nicol Alexandrini, Myrti folia manifestè recipiat. Cur autem Myrtum aliaq; adstringentia admittat hoc vnguentum, hîc dicere non vacat Tantummodo miror id à tanto viro non esse olfactum, neque perpensum.*

Cæterum hoecce in vnguento, vt & multis aliis in medicamentis, plura longè aliter exponenda, miscenda, tractanda, atque conficienda sunt, quàm à Fuchsio & Francisco Alexand. est factitatum: ita vt huius Apollo non vsque adeò, veluti Thrasonicè promittit, nebulosis suis radiis Pharmacopœos vibret, neq; irradiet; quin in densa adhuc caligine æquè vt prius versentur atque deambulent. Quod tamen illi condonandum foret; eo quòd adolescentem se fateatur; nisi suæ illius ætatis inuenilis indicio vacuæ & hinc temeraria rei Pharmaceuticæ sibi inexpertæ, ac (vt locis mille liquet) ignoratæ scriptione Apolline abusus, illique iniurius, tantum dictum plus æquo contaminasset. Sed hæc, quoniam vesperascit, citis, si voles, quadrigis.

A D frigiditatem & dolorem capitis, pectoris & stomachi, ad scirrhos hepatis & splenis, ac ilij dolorem; ad paralyticos, arthriticos, ischiadicos, nephriticos, & podragicos, & ad omnes dolores, ad tumores, durities, spasmos & febrientes, ad ignem vel solem inunctum.

Vnguen-

Vnguentum Martiatum paruum D. Nicolai Alexandrini.

℞. Foliorum Lauri ℔ iij.
Rutæ ℔ ij. ß.
Amaraci [*id est, Maioranæ*] ℔ ij.
Rosmarini ℔ j. ß.
Foliorum Myrthæ ℔ j.
Esbrij [*accipe summitates Maioranæ pro Esbrio.*]
Balsamitæ
Ocymi ana ʒ vj.
Butyri ʒ v.
Styracis Medullæ ceruinæ
Adipis vrsini
* Adipis Gallinacei ana ʒ iiij.
Mastiches ʒ iij. Thuris ʒ ij. ß.
* Olei nardini ʒ j.
* Olei oliuæ q. s.
Ceræ mundissimæ quantum sufficit.

Ego Olei acciperem ℔ vj.
Ceræ verò ℔ iiij.
Pet. verò Coud. olei ℔ *xxiiij. sumendas esse dicit.*

Porrò hoc quoque vnguentum conficies vt proximum.

MYRTHA, *id est, Myrtus: sunt autem accipienda folia veræ Myrti, quæ ex Italia afferuntur, & non eius plantæ quam vocamus Germanicè Heydelber.*

P. C. SCHOL.

Petrus verò Coud. olei, &c.] *Si omnia huiusce Dispensatorij loca manca erigenda, dubiosa*

dubiosa expendenda, erronea collapsaq; restituenda mihi essent, simulque singulorum rationes scriptis reddere deberem, in densum volumen præter institutum, libellus omnimode extumesceret. Hic attamen (priusquam sese negotium subducat, ad calcem enim ferè perductus sum) pedem figere, aliquidque serij propalare, tempus & locus opportunus summopere vrgere videntur: vt puta, si quidā salis Franciſco Alexand. messet, atque vel minimum haberet rerum medicamentariarum pharmaceuticarúmve peritiæ, experientiæq; (vt omnibus numeris absolutum opus se promulgasse arroganter sibi persuadet) non ita leniter oscitantérque aliorum errores incogitantiasq; etiam euidentissimas transcriberet, & alioquin pagellas multas tædiosa, atque inani dicacitate repleret, conspurcarétque. Consulat ille, quæso, vulgares tantùm vniuersalesq; componendorum miscendorumq; medicamentorum normas, tum à seipso etiam conscriptas formulas, vel si volet, etiam minimos pharmacopolas hac in re examinet; herbarum materialiúmve libra, num olei binas ad minus requirat. Carnis libris duabus aquæ libram coctura sufficere si dixeris, à coci puero nónne etiam rideberis? Itaque cùm Cordus hoc in vnguento suo ex censu, olei hîc libras sex tantùm, ad herbarum materialiúmve libras plures duodecim (qua quantitate vix madescerent) accipiendas suasisset; vt adhuc dum eius in contextu sonant verba, ego verò multas addens olei libras, ex sex viginti quatuor effeci, & necdum sufficere pro tanta materiæ copia scio; si oleo, vt regula & ratio docent, materiæ sint contegēdæ. Simili insuper cacitate, vt in hoc vnguento, omnes

dispen-

ispensatoriorum combinatores vsi sunt in vn-
uento Martiato magno. Vbi enim Nicolai Alex.
liorúmque exemplaria, olei sextaria sex admodum
nacrè legunt; ego sexaginta sex multo pinguius,
ecessariò reposui, rationes, errorúmque causas hic
ræteriens. Bone Deus, tot tantósque Aristarchos
nirum est tanta laborare coryza; vt tantum inter-
allum, nempe à sex ad sexaginta sex, à sex insuper
d viginti quatuor, non olfecerint, adeóque eviden-
es res animaduertisse neminem. Hinc vt quantum
n reliquis neglectum fuerat, colligere facilè queas:
uod asteriſci præter omnium scio expectationem,
ta frequentes, locorum non omnium, sed præci-
uorum tantùm, in hocce tam exiguo enchiridio
nimaduersorum indicium demonstrare possunt.
Quocirca vt ingenuè quid sentiam tandem pro-
eram, reique summam semel explicem; tot in-
er hodie dispensatoriorum diuulgatores, nullum
enè digni quid Pharmacopœis consarcinasse pro-
uisse videor, nihilque ferè præter aliorum igna-
ias transcripsisse, ac in suas chartas transfudisse,
ecta egisse, errata, & ineptias, erratis atque in-
ptiis accumulasse comperio: ita vt posteriora
prioribus etiam nonnunquam deteriora Phar-
nacopœísque inutiliora esse conspiciantur. Eius-
emodi igitur omphacini rabulismi valeant. Sed
edem retrahere, receptui q canere tempestiuè, sa-
ius est, prinsquam malè audiens, vilis ineptusq;
pothecarius, sordidusq; immò olidus vnguenta-
ius, à medico quopiam dispensatorij corrasore ap-
eller, nulla ratione cum seplasiario conferendo; à
uo corripi reprehendive posse, æquitas vetitat, pia-
culumq; putatur. Silere itaque volo, ne in Laccæ

labyrinthum aliquem incautus incidens, illudere quempiam existimet. Verùm gallus in suo sterquilinio audet.

Cæterùm hîc obiter etiam referre volo, vnguentum Aregon olei quoque magna tabescere penuria.

AD podagram frigidam siue calidam, paralyticos, arthriticos, nephriticos, ischiadicos, & ad omnia vitia & dolores neruorum valet.

Vnguentum album.

℞. Cerussæ in aqua rosarum lotæ ʒ xviij.
Lithargyri albi loti ʒ ß. ß.
Olei Rosati ℔ ij. ʒ iiij.
Ceræ albissimæ ʒ vj. aut circiter.
Confice secundum artem.

Quidam alia ratione componunt hoc vnguentum: nam alij addunt albumina Oui, alij non addunt Lithargyrium, alij non Ceram, sed Tragacanthum admiscent.

POLLET aduersus vlcera, scabiem & adustionem.

Vnguentum Dialthæa simplex D. Nicolai.

℞. Radicum Althææ ℔ ij.
Seminis Lini
Seminis Fœnugræci ana ℔ ß.
Olei ℔ iiij. Ceræ ℔ ß.
Terebinthinæ ʒ ij.
Resinæ ʒ vj.

Ra

Radices & ſemina contuſa macerentur tribus diebus in aquæ ℔ viij. aut quantum ſufficit: quarta die co quantur, donec remittant craſſam & viſcoſam mucilaginem: eam deinde exprime: mox

℞. Expreſſæ mucilaginis ℔ ij. & coque cum oleo: cùm deinde aquoſum illud in mucilagine conſumptum fuerit, ceram addito, & fac ſecundum artem.

EMOLLIENDI vim habet, calefacit, & humectat.

Vnguentum Dialthæa compoſitum D. Nicolai.

℞. Radicis Althææ ℔ ij.
Seminis Lini
Seminis Fœnugræci ana ℔ ß.
Scyllæ recentis ℥ vj.
Olei ℔ iiij. Ceræ ℔ ß.
Terebinthinæ Gummi Hederæ
Galbani ana ℥ ij.
Colophoniæ Reſinæ ana ℥ vß.

℞ Radices & ſemina contuſa macerentur tribus diebus in ℔ viij. aut ſufficienti quantitate aquæ: deinde coquantur donec craſſeſcat mucilago. Poſteà

℞. Mucilaginis expreſſæ ℔ ij. & adde reliqua, ac fiat ſecundum artem vnguentum.

VALET propriè ad dolorem pectoris ex frigiditate & pleureſi, & ſuper

pectus inunctum sanat omnia loca, in
frigidata calefaci t, mollificat & humec
tat.

Vnguentum Ægyptiacum
D. Mesuæ.

℞. Æruginis ʒ v.
Mellis optimi ʒ xiiij.
Aceti fortis ʒ vij.

Coquantur omnia simul, donec fia
vnguentum spissum, & colore purpu
reum.

ÆRVGO, *est viride æris.*

CONFERT ad vulnera antiqua, fi
stulasque extergit: carnis excrescem
tiæ medetur, vehementerque exiccat

Vnguentum aureum D. Mesuæ.

℞. Ceræ citrinæ ʒ vj.
Olei boni ℔ ij. ß.
Terebinthinæ ʒ ij.
Resinæ Colophoniæ ana ʒ j. ß
Thuris Mastiches ana ʒ j. ß.
Croci ʒ j.

Confice secundum artem.

VVLNERA certò & salubriter glu
tinat.

Vnguentum Citrinum D. Nicolai.

℞. Boracis ʒ ij.
Camphoræ ʒ j.
Corallij albi ʒ iiij.
Amenti dulcis ʒ

Vn

Vmbilici marini
Tragacanthæ albissimæ
* Amyli ana ʒ iij.
Crystalli Entalij
Dentalij Thuris albissimi
* Nitri * Marmoris albi ana ʒ ß.
Gersæ serpentariæ ʒ j.
Cerussæ ʒ vj.
Axungiæ porcinæ recentis, non salitæ, sed præparatæ & mundatæ ℔ j. ß.
Seui caprini præparati ʒ j. ß.
* Adipis gallinacei præparati ʒ j.

Confice sic: Axungiam porcinam atque adipem gallinaceum in vitreato vase liqua simul, & impone tepidis adhuc, corticum Citrei mali satis magnam quantitatem, & macerentur per mensem vnum. Posteà eximito cortices, & eliquatis adipibus, vt dictum est, adde seuum caprinum: deinde addantur reliqua tenuissimè trita: vltimò verò insperge Camphoram subtilissimè tritam.

Notandum est in hoc vnguento non concordare exemplaria in ponderum characteribus. Nam quidam pro ʒ, *ponunt* ʒ, *& è contrà.*

BORAX *est nitri species, qua aurum ferruminant Aurifabri.*

AMENTVM *dulce, est Gypsum, quod in capillatas venas scinditur.*

VMBILICI *marini, lapilli sunt inuenti in littore maris, figura Fabarum magnarum: Germanicè vocantur Merbonen.*

ENTALIVM *testaceum quiddam est mari-*

*num, Fistulæ modo longum & concauum, foris ſt-
ænum, longitudine digiti paruí.*

DENTALIVM *conchula marina eſt par-
na, dentatam rimam habens.*

NITRVM *eſt Salpetra.*

℈ GERSA *Serpentaria, eſt radix Serpentari-
veræ præparatæ, vt infrà oſtendemus.*

P. C. SCHOL.

A Amentum dulce.]*Amiantum veterum eſſ-
id, perualè verterunt Fuch. & Franciſ. Alexand-
longè enim alia res eſt. Barbara vocabula, do-
ctis licet veterum vocibus quandoque ſint conſor-
mia, non ea propter ſemper reipſa eadem ſunt, nec
eſſe debent, idemq; ſignificare. Qua in re doctos
etiam viros interdum hallucinatos videmus.*

FACIEI maculas lemendat, ſcabiem
in quacumque corporis parte exterit;
cicatrices extenuat, ruborem oculorum
aufert, & ea quæ aſpera ſunt, leui-
gat.

Vnguentum Populeum D. Nicolai.

℞. Oculorum Populi arboris recen-
tium ℔ j. ß.

✱Axungiæ porcinæ præparatæ ℔ iij.

Oculi Populi contundantur, & ma-
cerentur in Axungia, donec ſequentes
herbæ colligi queant æſtate.

℞. Foliorum Papaueris agreſtis
Foliorum Mandragoræ
Cimarum rubi tenerrimarum
Foliorum Hyoſcyami

Solani

Solani Vermicularis Lactucæ
Semperuiuæ maioris
Bardanæ Violariæ
Scatuncelli ana ℥ iij.

Herbæ contundantur & misceantur oculis Populi & Axungiæ, & dimittantur per dies decem: deinde coquantur supra lentum ignem cum vini odorati sufficienti quantitate, donec vinum consumatur: postea colentur & exprimantur, & expressum vnguentum reponatur.

MANDRAGORAE *folia vbique haberi non possunt, ideò duplex pondus foliorum Hyoscyami sumendum est.*

VERMICVLARIS *vera, est Semperuiuæ minor, linguam non mordicans.*

BARDANA, *id est, Lappa maior, cuius radicem præcipit esse accipiendam Nicolaus Alexandrinus.*

SCATVNCELLVM, *reuerà est Vmbilicus Veneris seu Cymbalaris, & non Krentzkraut. Folia habet pinguia concaua vt Cymbalum, radicem Aro similem: perquàm pauci eam cognoscunt.*

CONTRA nimium calorem valet, & temporibus illitum, somnum conciliat.

Vnguentum Fuscum D. Nicolai.

℞. Olei ℔ j. ß.
Ceræ nouæ ℥ iiij.
Colophoniæ Picis nauallis

Sagapeni ana ʒ ij.
Mastiches Galbani Thuris
Terebinthinæ ana ʒ j.
Confice secundùm artem vnguentum.
SANANDI vim habet & extrahendi.

Vnguentum Diapompholygos
D. Nicolai Alexandrini.

℞. Olei Rosacei
Ceræ albæ ana ʒ vj.
Succi fructus vuæ Lupinæ quantum sufficit.
Cerussæ ʒ ij.
Plumbi vsti & loti
Pompholygis
Thuris puri ana ʒ j.
Confice secundum artem.

DIAPOMPHOLYGOS, *id est, de Nihili albo. Nam Pompholyx est Nihili album, id est, Galmes flug.*

VVA *Lupina, id est, Solanum siue Solatrum.*

AD exiccanda erysipelata, vulnera sordida, & ad sananda tibiarum vlcera, aliorumque locorum concaua vel dissipata, replet, refrigerat & cicatrisat.

Vnguentum Comitissæ D. Guilielmi de Varignana.

℞. Corticum medianorum castanearum
Corticum medianorum glandium
Corticis mediani quercus arboris
Myrtillorum

Caudæ

Caudæ equinæ Gallarum
Corticum Fabarum
Acinorum Vuarum
Sorborum immaturorum ſiccorum
Meſpilorum immaturorum ſiccatorum
Foliorum Pruni ſilueſtris
Radicum Chelidoniæ ana ℥ j. ß.

Cotundantur aliquantulum, & coquantur in aquæ Plantaginis ℔ viij. aut quantum ſufficit, donec media pars conſumpta fuerit: deinde in colatura lauentur ſequentia nouem vicibus, ſemper recentem aquam decoctionis affundendo quotieſcumque laueris

℞. Ceræ nouæ ℥ viij. ß.
Olei Myrtillorum
Olei Maſtichini ana ℔ j. ß.

Poſtea inſperge ſequentium rerum tenuiſſimum puluerem:

℞. Corticis mediani caſtanearum
Corticis mediani glandium
Corticis mediani quercus arboris
Gallarum ana ℥ j.
Cineris oſſium cruris bubuli
Myrtillorum Acinorum vuarum
Sorborum ſiccorum ana ℥ ß.
Trochiſcorum de Charabe ℥ ij.

Confice ſecundum artem vnguentum.

ACINI *hic ſignificant lignea ſemina quæ ſunt in vuis.*

SORBA *ſunt fructus ſimiles Meſpilis: Germanicè vocantur Sporling, Sporbirn, Sorepſel & Dreckſecke.*

PRVNVS *siluestris, id est, Schlehendorn.*

INCEPTVM abortum prohibet, hæmorrhoidas sistit, ac laxatos renes conciliat.

Vnguentum de Arthanita maius D. Mesuæ.

℞. Succi Arthanitæ ℔ iij.
Succi Cucumeris asinini ℔ j.
Olei Irini ℔ ij.
Butyri vaccini ℔ j.
Pulpæ Colocynthidos ʒ iij.
Polypodij ʒ vj.
Euphorbij ʒ ß.

Arida omnia contundantur & macerentur in succis per dies octo: affuso etiam oleo in vase vitreo diligenter obturato: nona deinde die coquantur lento igne aliquandiu, posteà colentur:
Colaturæ adde
Sagapeni in aceto dissoluti aureos v.
Myrrhæ aureos ij.

Coquantur iterum vsque ad consumptionem succorum: posteà adde
Ceræ ʒ v. Fellis taurini aureos v.

Ferueant simul donec liquescat cera, posteà insperge sequentium rerum tenuissimum puluerem.
℞. Scammoneæ Aloës Mezereon Colocynthidos ana aureos v.
Euphorbij aureos ij.
Salis gemmæ aureos iij.
Turbith aureos v.

Pipe-

Piperis longi Zingiberis
Chamomillæ ana aureos ij.
Confice ſecundum artem.

Omnia ferè exemplaria habent Colocynthidos ana aureos v. meus autem manuſcriptus Meſuæ habet aureum j. quod magis probo: ſed textum nolui immutare.

ARTHANITA *eſt Cyclamenus, ſive Cyclaminus: quidam malè vocant panem porcinum. Si radices eius non adſint recentes, tunc accipe radices eius ſiccatas circiter ℥ vj. contundantur & coquantur in aqua, & eliciatur ſuccus, vt ex Glycyrrhiza ſit.*

ILLITVM ſtomacho, vomitū purgat: hypogaſtrio autem inunctum, aluum dejicit, ob id hydropicos mirè iuuat: ſeorſum excrementum largè vacuando, vermes quoque necat, & educit: adhibetur non potentibus ſumere medicamentum purgans.

Vnguentum de Arthanita minus D. Meſuæ.

℞. Succi Arthanitæ
Viſcoſitatis quæ exprimitur è radice filicis.
Succi Cathengit ana ʒ ix.
Succi extremitatum Tamariſci ʒ ij.
Oeſypi [*id eſt, Hyſſopi humidæ*] ʒ v.
Olei Irini ℥ ij.
Bdellij Hammoniaci ana ʒ ʃ. ß.
Aceti quantum ſatis eſt ad Hammoniacum diſſoluendum.

Ceræ

Ceræ Citrinæ ʒ vj.
*Corticum radicum Capparis ʒ ß ß
Spicæ ʒ iij.

Confice secundum artem vnguentum.

FILIX *non significat Polypodium, sed eam herbam quæ Germanicè vocatur Waltfaren, & Creutzfaren.*

CATHENGIT, *significat Ebulum: est autem hoc vocabulum valde corruptum in plurimis exemplaribus.*

OESYPVS, *id est, Hyssopus humida, & est pinguedo lanarum succidarum.*

SPLENIS tumores etiam scirrhosos dissoluit, & strumas.

Vnguentum Potabile.

℞. Butyri recentis sine sale ℥ iij.
Rubeæ tinctorum
Castorei Spermatis Ceti
Tormentillæ ana ʒ ß.

Bulliant simul in vino odorifero ad vini consumptionem, ac fiat vnguentum secundum artem.

DATVR ad consolidandum casum ex alto.

Vnguentum Rosatum D. Mesuæ,

℞. Axungiæ porcinæ recentis quantitatem quam volueris, & lauetur in
* aqua calida nouies, & tantundem aqua frigida lotione vltima: deinde teratur cum ea Rosarum rubearum
* recentium æquum pondus, & dimittantur

tantur marceſcere per dies ſeptem: poſteà coquantur cum facilitate ac percolentur, & rurſus tantundem roſarum rubearum teratur cum ea, & *dimittatur per alios dies ſeptem marceſcere, atque adfundatur ſucci roſarum pars dimidia, olei Amygdalini pars ſexta, & rurſum concoquantur cum facilitate dum ſucci enaneſcant.

* Quòd ſi parum Opij in aqua Roſarum colliquatum inter decoquendum injicitur, fit efficacius.

PHLEGMONAS, eryſipelata, herpetas ſedat: Cephalalgiam calidam & ventriculi ac hepatis intemperiem calidam mitigat.

Vnguentum Pectorale.

℞. Mucilaginis ſeminis Pſyllij
Tragacanthæ Gummi arabici
Seminis Lini
*Fœnugræci ana ℥ j.
Adipis gallinæ Medullæ vituli
Butyri recentis loti cum aqua violarum ana ℥ j. ß.
Olei Violati
Olei Amygdalorum dulcium ana ℥ j.
Ceræ albæ quantum ſufficit: fiat vnguentum.

MITIGAT dolores pectoris & tuſſim, digerit, maturat, facilitat ſputum, & reſoluit pleureſin.

Vnguen

Vnguentum Album Caphuratum.

℞. Olei Rosati ℔ j.
Ceræ albæ ʒ iij.
*Ceruſſæ ʒ vj.
*Albi ouorum num. iij.
Caphuræ diſſolutæ cum aqua roſarum ex arte ʒ ij.
Fiat vnguentum ſecundum artem.

Vnguentum Rubeum Caphuratum.

℞. Olei roſati ℔ j. ß.
Lithargyrij ʒ ij.
Minij ʒ iij. Ceruſſæ ʒ j. ß.
Thutiæ
Camphoræ ana ʒ iij.
Ceræ ʒ ij. in æſtate.
Sed in hieme ʒ j.
Fiat vnguentum in pila plumbea cum piſtillo plumbeo.

CEROTA.

Cerotum Infrigidans Galeni ex Meſue.

*℞. Ceræ albæ ʒ j.
*Olei roſati omphacini ʒ iiij.
Conquaſſentur ſimul cum modico albi & clari aceti. Oleum verò Omphacinum antequam roſas recipiat, ſæpius eſt lauandum cum aqua fontis gelidiſſima: deinde confice ſecundum artem.

REFRIGERAT febres ardentes, calorem

calorem hepatis, & ſedat dolores capitis, circum tempora, ſuper hepar & ſpinam dorſi linitum.

Cerotum Santalinum D. Meſuæ.

℞. Roſarum ʒ xij.
Santali rubei ʒ x.
Santali albi
Santali Citrini ana ʒ vj.
Boli armeniaci ʒ vij.
Spodij ʒ iiij.
Camphoræ ʒ ij.
Ceræ albæ ʒ xxx.
Olei Roſati ℔ j.
Confice ſecundum artem.

OLEVM *Roſatum debet fieri ex oleo acerbo, id eſt, ex immaturis oliuis expreſſo.*

PHLEGMONAS & intemperaturas omnes calidas ventriculi, hepatis, & partium aliarum potentiſſimè extinguit.

Cerotum Stomachale Galeni D. Meſuæ.

℞. Roſarum rubrarum ʒ xx.
Foliorum Abſinthij ʒ xv.
Maſtiches ʒ xx.
Spicæ nardi Indicæ ʒ x.
Ceræ mundæ ℥ iiij.
Olei Roſacei ℔ j. ß.

Cera & oleum aliquoties ex aqua Roſarum lauentur, & excolata omni aqua rurſus ad lentum ignem reſoluantur.

tur: deinde alia omnia in subtilissimum pulverem trita, inspergantur.

VENTRICVLVM & hepar roborat, horum dolorem à frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat.

EMPLASTRA.

Emplastrum Diachylon simplex D. Mesuæ.

℞. Mucilaginis Fœnugræci
Mucilaginis seminis Lini
Mucilaginis radicum Althææ ana ℔ ʃ.
Olei veteris clari ℔ iiʃ.
Lithargyriʃ ℔ ʃ. ß.

Coquantur secundum artem, & fiat Emplastrum.

DIACHYLON *vocatur hoc Emplastrum, à succis viscosis siue mucilaginibus: hodie corrupto nomine dicunt* Diaquilon.

Mucilagines istæ debent esse spissæ & viscosæ: ideoß oportet vt quantitas seminum & radicum sit satis magna, vnde fieri debent mucilagines.

SCIRRHOS hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum partium, ipsas etiam chœradas & durities reliquas emollit & iuuat.

Emplastrum de Mucilaginibus seu Diachylon compositum.

℞. Mucilaginis radicum Althææ
Mucilaginis seminis Lini
Mucilaginis mediani corticis Vlmi
Mucila-

Mucilaginis Fœnugræci ana ʒ iiij.
Olei Chamæmelini Olei Liliorum
Olei Anethini ana ʒ j. ß.
Hammoniaci Galbani Opopanacis
Sagapeni ana ʒ ß.
Ceræ nouæ ʒ xv.
Croci ʒ ij. Terebinthinæ ʒ ij.

Gummi siue lachrymæ resoluantur in vino optimo, & conficiantur secundum artem.

Porrò hieme licet oleorum & Terebinthinæ pondus augere.

VLMVS *arbor est quæ vocatur Germanicè* Ylmen *&* Rustern. *Cortex eius medius est similis corcici Tiliæ: Gleich wie ein bast. Ex eo debet fieri mucilago.*

CHAMAEMELVM, *vulgò vocatur* Camomilla.

MATVRAT apostemata, & mollit durities, partim resoluit, & partim digerit, abstergitque saniem ruptorum apostematum, & sanat phlegmones.

Emplastrum Diachilon magnum Filij Zachariæ, ex Mesue.

℞. Lithargyrij mundi tenuissimè triti & per cribrum excussi ʒ xij.
Olei Irini
Olei Chamæmelini
Olei Anethini ana ʒ viij.
Mucilaginis seminis Lini
Mucilag. rad. Althææ
Mucilag. Fœnugræci

Mucilag. Ficuum pinguium
Mucilag. Paſſularum
Succi Ireos Succi Scyllæ Oeſypi
*Glutinis Alzanahan ana ʒ xij. ſſ.
*Terebinthinæ ʒ iij
Reſinæ Pini
Ceræ citrinæ ana ʒ ij.

Conficiatur ſecundum artem Emplaſtrum.

SVCCVS *Scyllæ, eſt mucilago ex trita Scylla expreſſa.*

OESYPVS, *eſt pinguedo lanarum ſuccidarum, cuius faciendi modum in vltimo tractatu indicabimus: vulgò vocatur in Pharmacopolio Hyſſopus humidus.*

GLVTEN *Alzanahan vel Alchanach ſiue Alzanah, eſt Ichthyocolla, id eſt, gluten, ſiue colla piſcium: vulgò Hauſenblaſen.*

Hoc Emplaſtrum debet habere conſiſtentiam & ſpiſsitudinem Ceroti.

RESOLVIT & maturat omnes duricies & inflammationes.

Emplaſtrum Diachilon paruum D. Meſuæ.

℞. Lithargyrij ʒ vj.
Olei veteris clari ℔ ʒ.
Mucilag. Pſyllij ʒ iiij.
Mucilag. Hyoſcyami ʒ j. ſ.
Mucilag. ſeminis Lini
Mucilag. radicum Maluæ ana ʒ ij

Conficiatur ſecundum artem Emplaſtrum Ceroti alicuius ſpiſſitudine.

TVMORES calidos digerit & maturat.

Emplastrum de Meliloto
D. Mesuæ.

℞ Meliloti ʒ vj.
Florum Chamæmeli
Fœnugræci Baccarum Lauri
Radicum Althææ
Absinthij ana ʒ iij.
Seminis Apij
Cordumeni Ireos Cyperi
Spicæ nardi Indicæ
Casiæ ligneæ
Ammios ana ʒ ij. ß.
Sampsuchi [*id est, Maioranæ.*] ʒ iij.
Hammoniaci [*id est, Harmoniaci.*] ʒ x.
Styracis calamitæ Bdellij ana ʒ v.
Terebinthinæ ʒ j. ß.
Ficuum pinguium num. xij.
Seui caprini
Resinæ ana ʒ ij. ß.
Ceræ ʒ vj. Olei sampsuchini
Olei Spicæ ana quantum sufficit.

Confice Emplastrum sic:

℞. De Meliloto prædicto ʒ v. ʒ ij.
Fœnugræci
Chamæmeli seorsum præter prædicta
ana ʒ iiij.

Coquantur in ℔ iiij. aquæ aut quantum sufficit, donec remaneat ℔ j. deinde omnia arida cum reliquis sex drachmis Meliloti subtilissimè pulueriſentur.

In decoctione autem colata secundum artem dissoluantur Hammoniacum & Bdelliuu: dissolutis addantur Ficus pe- se minutissimè inciſæ & contusæ, & o- ptimè misceantur. Posteà ad igné simu- liquefiant Terebinthina, Seuum caprii- num, Cera & resina Pini, & addatu- Spicæ nardi, olei Sampsuchi ana circii- ter ʒ v. Cùm deinde omnia sun- mista addantur pulueres triti, & fiat se- cundum artem Emplastrum.

Porrò potes etiam sequenti ration- conficere. ʒ vj. ingredientes Me- liloti, vnà cum reliquis aridis tundito- & iisdem permisceto: posteà ℞. ad de- coctionem priuatim Meliloti m. iiij & gummi, videlicet Hammoniacum att- que Bdellium, in vino dissoluito: Ole- verò Sampsuchini atque olei Nardin- accipere tum oportet ana circiter ʒ vij aut ʒ viij. & confice secundum ar- tem Emplastrum.

OLEI *Sampsuchini compositio suprà traditu- in tractatu de Oleis.*

Per oleum Spicæ, Mesue intelligit oleum Spicæ Nardi siue oleum Nardinum. Mesue enim nusquam meminit Lauandulæ maioris; quæ hodi- Spica vocatur, neque eius olei quod vocant oleum Spicæ.

EMOLLIT omnem duritiem quae in jecinore, liene & ventriculo existit- Dolorem item vehementer sedat, hy- pochondriaque tensa sanat.

Empla-

Emplastrum Triapharmacum Mesuæ, cui sub vnguenti nomine describitur.

℞. Lithargyrij subtilissimè triti
Aceti vini ana ℔ j.
Olei veteris ℔ ij,

Fiat coctione secundum artem Emplastrum.

FACIT nasci carnem in vulneribus, & consolidat ea.

Emplastrum Oxycroceum D. Nicolai.

℞. Ceræ Picis
Colophoniæ
Croci ana ʒ xij.
Terebinthinæ
Galbani Hammoniaci Myrrhæ
Libani [*id est, Thuris.*]
Mastiches ana ʒ iiij.
Aceti phialam vnam.

Galbanum & Hammoniacum in aceti sufficienti quantitate dissoluantur, & rursum ad lentorem coquantur, donec acetum in vaporem euanuerit: tum addantur liquefactis simul Ceræ, Pici, Colophoniæ & Terebinthinæ: postquam omnia sunt commista, inspergito etiam Myrrham, Libanum & Mastichen subtilissimè trita: ad vltimum verò etiam Crocum per se in tenuissimum puluerem redactum. Et fiat secundum artem Emplastrum.

OXYCROCEVM *dicitur hoc Emplastrum*

ſtrum, ab ingredientibus Croco & Aceto.

A Nicolaus Alexandrinus *ſecundum hunc modum tradit Oxycrocei confectionem. Alij autem qui ex eo hoc Emplaſtrum ſcripſerunt, tertiam eius partem deſcribunt: & cùm ℥ iiij. in tres partes diuidere conarentur, tertiam earum partem ſtatuerunt ℥ j. ʒ iij. itaque reſultat ʒ j. Nam ter tria nouem faciunt: quapropter nos maluimus ex fonte haurire huius Emplaſtri confectionem.*

P. C. SCHOL.

A Nicolaus Alexand.] *Fuch. praue hîc cenſet Cordum in ponderum ratione errare, re non bene ab ipſomet ponderata.*

PRODEST oſſibus fractis, item partibus quæ dolore aliquo affliguntur: duritiem denique omnem emollit & diſcutit.

Emplaſtrum Apoſtolicon D. Nicolai.

℞. Lithargyrij ℥ vj.
Ceræ fuluæ
Colophoniæ ana ℥ ij.
*Propoleos
*Viſci quercini ana ʒ ſ.
Lammoniaci
Lapidis calaminaris ana ʒ vj.
Maſtiches Olibani
*Mumiæ ana ʒ iiij.
Terebinthinæ Bdellij Galbani
Myrrhæ Æris vſti
Squammæ æris

Viridiſſ

Viridis æris Sarcocollæ
Dictamni Cretici
Aristolochiæ rotundæ
Opopanacis ana ʒ iij.
Olei veteris quantum satis erit.
Vini clari quantum Galbano, Hammoniaco & Opopanaci dissoluendis satis fuerit.

Confice secundum artem & diligenter Emplastrum.

Nicolaus olei quantitatem non exprimit, quare nonnulli ℔ j. iniiciunt.

PROPOLIS, *non sunt sordes aluearium apum, sed est Cera odorata; qua apes ante hiemem foramina aluearium obturant: Germanicè vocatur* Bet *&* Nebenwax: *eam apes colligunt ex oculis Populi &* Betulæ *arborum.*

VISCVM *quercinum hîc non significat lignum visci quercini, sed gluten illud lentum ex visco quercino extractum, quo capiuntur aues, hoc est, der vogelleym auß eichenmistell gemacht.*

SQVAMA *æris est duplex, vna est crassa, quæ vocatur Germanicè* Kupfferschlach; *altera farinæ modo tenuis & rufa: hæc vocatur* Kesselbraun, *& est efficacior, & hîc debet poni.*

VALET ad dolores ceruicis potissimùm & renum; sagittas ac surculos corpori infixos extrahit.

Emplastrum Apostolicon D. Nicolai Alexandrini.

℞. Lithargyrij ʒ xviij.
Ceræ rubræ

Colophoniæ ana ʒ vj.
Propoleos
Viſci Quercini ana ʒ iij.
Hammoniaci
Lapidis Calaminaris ana ʒ ij.
Thuris Maſtiches
Mumiæ ana ʒ j. ß.
Terebinthinæ Galbani
Bdellij Myrrhæ
Chalcu cecaumenu Sarcocollæ
Lepidos chalcu Opopanacis
Dictamni Cretici Ariſtolochiæ
Praſij viridis ana ʒ j.
Olei veteris quantum ſufficit.

Coquatur Lithargyrium ſecundum artem in oleo, donec fiat maſſa purpurea, & non adhæreat manibus dum refrigerata tractatur, quod Græci vocant Amolinthum: deinde omnia ſigillatim ſecundum artem injiciantur. Galbanum & Opopanacum in vino diſſoluantur: reliqua Gummi terantur & inſpergantur. Dictamnus Creticus verus ſolus vltimò addatur.

Nicolaus Alexandrinus non ponit olei pondus aut menſuram: mihi autem videntur ſufficere vnciæ ſex.

CHALCV CECAVMENV, *id eſt, Æs vſtum.*

LEPIS *Chalcu, id eſt, Squama æris: Germanicè Kupfferſchlag vel Keſſelbraun: & efficacior eſt altera eius ſpecies quæ Keſſelbraun vocatur;*

PRA-

PRASIVM *viride hîc significat Æruginem, id est Viride æris.*

AD omnia vulnera recentia siue antiqua, & ad neruos præcisos vel musculos, ad puncturas vel morsum terrestrium animalium vel maritimorum peculiariter congruit, educit ab eis humores & putredines intimè immersas, & concauitates earum pura carne replet: repletisque cicatricem absque detrimento inducit: Sagittas, calamos, & similia altiùs membris infixa, sine dolore extrahit.

Emplastrum Album coctum.

℞. Olei ℔ ij. Cerussæ ℔ j. ß.
Ceræ albæ ʒ iiij.

Coquantur secundum artem, & fiat Emplastrum.

OPITVLATVR excoriatis à calceamentis, & scapellatione, vel ab alia causa.

Emplastrum griseum, de Lapide Calaminari.

℞. Lapidis Calaminaris præparati ʒ j.
Lithargyrij ʒ ij.
Cerussæ ʒ ß.
Tuthiæ ʒ j.
Terebinthinæ ʒ vj.
Ceræ albæ ʒ j. ß.
Seui ceruini ʒ ij.
Thuris electi ʒ v.

Mastiches ʒ iij.
Myrrhæ ʒ ij.
Camphoræ ʒ ß.
Confice secundum artem.

DESICCAT, replet & cicatrisat vlcera.

Emplastrum viride.

℞. Ceræ nouæ Resinæ
Terebintbinæ ana ʒ iiij.
Olibani Mastiches
Viridis æris ana ʒ iij.
Confice secundum artem.

Emplastrum Basilicum magnum.

℞. Ceræ albæ Resinæ Pineæ
Seui vaccini Picis naualis
Terebinthinæ Olibani
Myrthæ ana ʒ j.
Olei quantum sufficit: fiat Emplastrum.

VLCERA phlegmone carentia, præsertim partium neruosarum, terget, & carne implet.

Emplastrum de Crusta panis Montagnanæ.

℞. Mastiches Menthæ Spodij
Corallij rubri Santali rubri
* Santali albi ana ʒ j.
Cruftæ panis tostæ & maceratæ in aceto per horam mediam ʒ ij.
Olei de Mastiche

Olei

Olei Cydoniorum ana ℥ ß.
Farinæ hordei, quantum ſufficit.
Fiat Emplaſtrum.

VALET in vomitu puerorum, & his qui cibum retinere non poſſunt.

Emplaſtrum de Baccis Lauri D. Meſuæ.

℞. Thuris Maſtiches
Myrrhæ ana ℥ j.
Baccarum Lauri ℥ ij.
Cyperi
Coſti ana ℥ ß.
* Mellis calidi quantum ad cogendum ſatis eſt.

Si verò triplum Cyperi & ſtercoris vaccarum aut caprarum ſicci ad pondus omnium accipiatur, erit efficacius ad hydropiſin, & inflationes diſcutiendas.

VENTRICVLI, inteſtinorum, hepatis, renum, veſicæ, vteri, & partium aliarum dolorem à flatibus aut intemperie frigida ortum placat.

PRÆPARATIONES QVORVNDAM SIMPLICIVM.

Aloën cum Aromatibus abluendi modus.

* ℞. Aloës puriſſimæ & cribratæ ℔ j.
Caſiæ ligneæ Spicæ nardi Indicæ
Aſari

Asari Schœnanthi
Carpobalsami [*aut succedanei eius*]
Xylobalsami [*aut succedanei eius.*]
Cinnamomi Ligni aloës
Croci Mastiches
Laccæ ana ʒ iij.

℔ Decoquantur aromata in aquæ quantitate sufficienti, secundum artem in duplici vase: deinde colentur. In colatura dissolue Aloën continuè agitando: & pone ad solem in vitrea aut vitreata patina, donec exsiccetur. Oportet autem patinam linteolo puro tectam soli exponere, ne aliquid incidat. Quòd si hieme lauanda est Aloë, in æstuarium ad fornacem ponatur: oportet etiam fundo vasis insidentes arenas, & si quæ sunt aliæ sordes, diligenter auferre.

Aloën simplex abluendi modus.

℞. Aloës purissimæ & tritæ ℔ ij.
Aquæ cælestis q. s. aut ℔ vj.

Misceantur in patina vitrea, ita vt aqua calefacta prius infundatur: deinde subsidere sinito sordes & calculos, & puram pinguemque aquam, cui se pura Aloë miscuit, sensim excolato, & sordes in fundo abjicito, posteà colaturam tectam linteolo in sole exiccato.

Laccam abluendi modus.

Modus abluendi Laccam, qui passim à scriptoribus traditur, admodum absurdus est: & qui eum primus

primus inuenit aut tradidit, Laccæ naturam penitùs ignoranit : nam quidquid purum, ſincerum & efficax eſt in Lacca, illud aquæ miſcetur, quam illi dicunt abiiciendam eſſe, & quòd remanet, in Trochiſcos formandum, hoc eſt, calculos, ligna & ſordes. Nos verò rectiùs modum trademus.

℞, Ariſtolochiæ longæ
Schœnanthi ana ʒ ij.

Decoquantur in aquæ ℔ iiij. aut q. ſ. donec remaneant ℔ iij.

Colaturæ inſperge
Laccæ integræ ℔ j. ʒ iiij.

Decoquatur Lacca deinde lento igne, donec aqua fiat coloris ſanguinei : & quidquid in Lacca boni fuerit, diſſoluatur ; tum per filtrum aut laneum pannum cola, & remanentes ſordes abjice. Excolatam verò & ſanguinei coloris aquam lentis prunis in duplici vaſe vſque ad mellis ſpiſſitudinem coquito, & tepidam maſſam in Trochiſcos fingito. hic itaque verus eſt modus abluendi Laccam.

Plumbum lauandi modus.

℞. Mortarium plumbeum ; in eum infunde aquam cæleſtem, & agitato aliquot horas aquam in mortario, donec aqua colorem acquirat liuidum, & craſſeſcat in modum limi. Limum hunc per linteum exprime, & exiccatum repone.

Lima-

Limaturæ ferri, quam Scoriam vocant, præparatio.

℞. Limaturam ferri optimi, aut Chalybis, aut Squamam, hoc est, Batituram eius: purga eam ab omnibus immunditiis, hoc modo: Projiciatur in aquam clarissimam, & fricetur manibus, postea sordidam aquam effunde: totam, deinde impone limaturam in vitream patinam, & affunde modicum aceti, vt tantùm humectetur, nec emineat acetum: postea macera diebus xxx. vltimò tere & repone.

Scammoneam præparandi modus.

℞. Scammoneæ optimæ ʒ iiij.

Contere in subtilissimum puluerem, deinde insperge illi olei Violati optimi modicum, vt fiat massa: deinde excaua aliquot Cytonia mala magna, & in cauitatem eorum impone massam Scammoneæ, & eo operi foramina Cytoniorum: postea assa in fornace cum pane, donec Cytonia perfectè sint assata: deinde exime Scammoneam, & impone sequenti diluto.

℞. Carnium Myrobal. Citrinarum ʒ j.

Succi Cytoniorum ʒ iiij.

Conterantur Myrobalani, & misceantur cum calefacto Cytoniorum succo, & stent in infusione horis xxiiij.

deinde

deinde leuiter cola: colaturam verò infunde Scammoniæ, & optimè simul misce: vltimò in loco calido exicca, & exiccatam repone Scammoneam.

Colocynthidis præparatio.

℞. Colocynthidis pulpæ ℈ j.
Bdellij
Tragacanthæ ana ʒ xij.

Incidatur Colocynthis minutissimè, Tragacanthum verò & Bdellium dissolue in aquæ Rosarum q. s. & dissoluta insperge incisæ Colocynthidi, & fac Trochiscos, quos in sicco aliquo loco siccabis, exiccatos deinde Trochiscos iterum subtilissimè terito, & reforma Trochiscos adhibita Mastiche in oleo Rosaceo dissoluta.

Scillæ præparatio.

℞. Scillam magnam recentem, neque putridam, neque gelu flaccidam: abjice eius exteriores aridas tunicas: inuolue deinde eam massæ siue pastæ pistorum vnde panis fit: assato postea in furno cum panibus, donec panes percocti fuerint: hinc è furno exime Scillam, & sigillatim omnes tunicas detrahe, & funiculo traiectas in calido loco exiccato; abjicito verò mediũ Scillæ cor, vnde germen enasci solet. Porrò Scilla non est incidenda ferreo aliquo cultro, sed è ligno

ligno solido aliquo facto: nam contrahit à ferro venenosam quandam rubiginem.

Mezerei fol. præparatio.

℞. Foliorum Mezerei quantum libuerit, ea macera in aceto vini horis xxiiij. posteà exiccentur: cùm verò vti iis voles, contere, & in contundendo abjice eorum venas & neruos.

Esulæ rad. præparatio.

Esula tam maior quam minor, præparatur eodem modo quo Mezeron.

Gersam Serpentariæ faciendi modus.

℞. Radices Serpentariæ veræ, vel loco eius radicum Ari, id est, Aronis; ʒ iij. Terantur subtilissimè, & affunde eis aquæ Rosaceæ ʒ iiij. deinde exsiccentur ad solem in vitrea patina, linteolo tecta. Posteà secundò tantum aquæ rosaceæ affundito, & simili modo exsicca: tertiò eadem aquæ Rosaceæ quantitas inspergatur, & vltimò siccatam farinam cum vino odorato in Trochiscos siue orbiculos finge & repone: ingreditur autem hæc Gersa vnguentum Citrinum, & reliqua quæ ad nitorem cutis conficiuntur.

Spodium

Spodium præparandi modus.

℞. Eboris in partes ſecti ℔ j.

Pone id in nouum & nondum crematum fictile, & crudo operculo tegito, & iuncturam luto figulino diligenter oblinito : poſteà in fornacem figuli mitte, & cremari ſinito, donec fictilia percocta ſint: deinde exemptum Ebur in tenuiſſimum puluerem terito & cribrato, & infunde ei in patina vitrea aquæ Roſarum ℔ ij : & exiccari ſinito. Deinde ſecundò terito, & alias ij. ℔. aquæ Roſaceæ affundito, atque ſimiliter exicca. Tertiò etiam terito, & admiſce aquæ Roſarum ℔ j. in qua diligenter diſſolutæ ſint Camphoræ tritæ ſubtiliſſimè ʒ iiij. Tere omnia in tabula marmorea duriſſima, & finge Trochiſcos, quos repone in denſo vaſe aliquo, ne expirent. Porrò ſi Ebur habere non poteris, loco eius ſume Cornu ceruinum, & ſimiliter præpara : eſt enim hoc quoque efficax medicamentum ad multa, præſertim contra venena.

Ebur crematum, melius eſt vt operto fictili fiat. aliàs enim non candidum, ſed nigrum fit.

Pulmonis Vulpini præparatio.

℞. Pulmonem Vulpis recentem, extrahe ex eo arteriam ſiue fiſtulam, & laua in vino odorato calefacto : mox olkæ impoſitum, exicca in tepido fur-

mo : deinde exiccatum repone in loco ſicco, & inuolue Abſinthio, ne putreſcat.

Heparis Lupini præparatio.

Hepar Lupi eodem modo præparatur quo pulmo Vulpis.

Sanguinis Hircini præparatio.

Hircum mediocris ætatis domi alito, & per menſem nihil aliud dato præter Pimpinellam, Apium, Petroſelinum, Leuiſticum, & ſimilia; deinde ſanguinem eius, qui ex arteriis fluxit, excipito, & concreſcere ſinito; atque aqueum illud effunde, grumos verò ſanguinis in furno exicca. Mactandus autem eſt Hircus Veris exitu, id eſt, principio æſtatis cùm Sol Cancrum ingreſſus eſt.

Adipum vel Pinguedinum præparatio.

℞. Adipem vel Pinguedinem cuiuſcumque animalis, & laua in aqua aliquoties, donec pura defluat aqua, & non ampliùs ſanioſa aut cruenta appareat: deinde inciſam liqua in duplici vaſe, & eliquatam in frigido loco repone ſine ſale.

Medullarum præparatio.

Medullas ex oſſibus auferto Autumni initio, & laua, & liqua in duplici vaſe ſecun-

secundum modum qui traditus est in Adipum siue Pinguedinum præparatione.

Oesypum faciendi modus.

℞. Lanæ succidæ, hoc est, nondum purgatæ, ex collo, feminibus & femoribus ouis detonsæ, quantitatem satis magnam, infunde ei aquam feruidam & laua diligenter quousque omnem suam pinguedinem in aquam deposuerit. Posteà expressam lanam sepone, & aquam illam pinguem & sordidam vasculo aliquo diutissimè ex alto fundito & refundito, donec spumosa fiat: tum finito spumam subsidere, & collige aquæ innatantem pinguedinem: iterumque aquam refundito, donec spumet, & subsidentem pinguedinem auferto, & rursus refundito donec non amplius spumet, & nulla concrescat supra aquam pinguendo. Tum collectam pinguedinem iungito, & in aqua lauato, manibusque diducito, donec pura fiat, & aqua clara defluat & albescat, & linguam admota non mordeat: tum repone in fictili denso, loco frigido. Porrò hic Oesypus hodie vocatur corrupto nomine Hyssopus humida: sed non bene præparatus habetur in Pharmacopoliis.

Terebinthinam resinam coquendi modus.

℞. Resinæ Terebinthinæ, aut eius loco Laricinam resinam, quam Terebinthinam hodie vocant, ℥ j. affunde ei aquæ ℔ xxiiij. & coque in magno vase, donec odorem amittat & inspissetur, adeò vt refrigerata digitis in puluerem teri queat. Hoc modo vsta resina ingreditur in quædam Vuguenta, Olea, & in Trochiscos Cyphi, qui pertinent ad Mithridatium.

Acacia Succedanea.

Acacia vera apud nos non potest confici: eius autem loco sumunt nostri Pharmacopolæ totius ferè Europæ, succum Prunorum siluestrium, id est, Schlehensafft. Sed hæc, quam describemus, propius ad veræ Acaciæ vires accedit.

℞. Seminum Thamarindorum
Sumach ana ℥ ij.

Contundantur, & affunde eis aquæ cæleſtis ℔ viij. aut q. s.

Macera deinde per horas xxiiij. Posteà coque donec tertia pars aquæ remaneat: excolatam deinde aquam, cum albuminibus ouorũ clarifica & despuma: despumatam deinde iterum coque supra lentas prunas ad spissitudinem iustam, deinde repone, vt Acaciam ex Prunellis siluestribus factam.

PON-

PONDERVM RATIO.

PONDERA *quibus hodie Medici vtuntur, hæc sunt : Libra, Quartarium vel Quadrans, Vncia, Drachma, Scrupulus, Obolus, Lupinum, Granum, Siliqua, Lens : & hæc quidem à Græcis atque Romanis mutuarunt.*

Præter hæc sunt alia quæ à Barbaris atque Arabibus desumpserunt ; qualia sunt, Manipulus, Pugillus, Aureus, Kist, Kirath, & Danic ; quorum nominibus Mesuen potissimum vti constat.

Libra itaque, quæ & Pondo etiam dicitur, in duodecim vncias diuiditur. Errant itaque indocti huius ætatis Pharmacopolæ, qui libram sedecim vnciarum, quot sanè mercatoria ac negotiatoria est, in medicamentis conficiendis accipiunt. Ea autem illos vti libra facilè ex quartis colligitur, quibus vncias quatuor assignant, quas si quater sumseris, sedecim prodibunt vnciæ. Quartam autem libræ partem, Latini Quadrantem nominant, sicuti tertiam Trientem, sextam Sextantem. Quadrans itaque, vel (vt nostri loquuntur) Quarta, vel Quartarium, pondus existit trium vnciarum : Triens verò quatuor, veluti Sextans duarum vnciarum.

Porrò Vncia octo drachmas constituit : denarios septem. Drachma scrupulos tres. Scriptulum verò, qui Græcis γράμμα dicitur, quasi primum ponderis elementum, nonnulli Scrupulum etiam nominant : habet verò obolos duos. Obolus pendet grana duodecim, quæ idcirco viginti qua-

tuor ſcrupulum conſtituunt. Nicolai tamen ſcrupulus ex viginti tantùm granis conſtat.

At & alia pondera Græcorum Medici vſurparunt. Drachma enim nouem Lupinos pendit. Siliqua verò, quæ Græcis κεράτιον. eſt dimidium Lupini: Siliquæ itaque ſex, Lupini tres ſcrupulum pendent. Semen autem in Siliqua contentum, non tota Siliqua intelligitur: & id mediocre, non enorme & habitius, neque ſtrigoſum & emaciatum, qualia hordei aut tritici grana vſurpamus, quæ hodie minimum pondus faciunt, veluti olim grana lentis. Vnum enim Siliquæ granum ſex lentis ſeminibus pondere reſpondet: quæ ſi ſexies ſumpſeris, in vniuerſum triginta ſex lentis ſemina prodibunt, quæ ſcrupulum conſtituunt.

Nunc ad ea, quibus Arabes & recentiores vſi ſunt, veniemus: inter quæ primùm Manipulus nobis occurrit. Sic autem vocant herbarum faſciculum, qui manu deprehendi & complecti poteſt. Pugillo autem perperam pro pondere vtuntur recentiores, cùm ſit diminutiuum potius à pugno, qui compreſſis ſit digitis. Aureus, illis pondus vnius drachmæ cum dimidia ſignificat. Danich pondus octo granorum: Kirath verò quatuor.

P. C. SCHOL.

Danich.] Contra Georgij Agricolæ, aliorumque doctiorum virorum ſententias, Cordus Danich pondus granorum ſex, & Kirath trium faciebat.

Cels. l. 3. c. 19. in unciis pondus denariorum ſeptem eſt, ſextans ſexto denarii pars eſt, quæ Græcis Obolus eſt, qui ad noſtrum pondera relatus paulo plus dimidio ſcrupulo facit.

NOTÆ:

NOTÆ PONDERVM QVÆ HODIE IN VSV SVNT.

Grani	Nota est	ℊ. Ein grein oder gersten korlein schwer.
Scrupuli		℈. Ein scrupel ein drittteil eins quintlins.
Drachmæ		ʒ. Ein quintle oder gulden schwer.
Vnciæ		℥. Ein vntz, ist zwey lot.
Quadrantis		Quad. Ein quart, vj. lot.
Libræ		℔. Ein pfund.
Semis		ß. Halb.
Manipuli		M.
Pugilli		P.

FINIS eorum quæ Valerius Cordus Nurembergensi Senatui exhibuit.

VALERII CORDI DE EXTRACTIONE, VT VOCANT, PVRGANTIVM MEDICAMENTORVM, & Oleorum distillatione; in genere primùm: deinde priuatim de Oleo è Chalcantho duplici, vno austero (vel acido,) altero dulci: Libellus tripartitus à Conrado Gesnero primùm publicatus, & Val. Cordi annotationibus in Dioscoridem ab eodem annexus.

PARS PRIMA.

De Extractione. Cap. I.

EXTRAHITVR ex medicamentis Solutiuis ipsa qualitas purgans æquè ac Olea, sed diuersa ratione. Olea propter aëriam substantiam ascendunt in distillatione: Solutiua verò facultas, quoniam terrestri corpori inseparabiliter inhæret, non ascendit, sed in fundo relinquitur: excepto vno atque altero, flore videlicet Pruni siluestris & Persici; quorum aquæ destillatæ aluum subducunt; & hoc quia flores hanc vim obtinent: nam hi melius à Sole excoquuntur, & subtiliores vires, quæ facilè resoluuntur in vaporem, acquirunt. Sed quæ propriè solutiua vocantur, vt sunt radices, aut radicum liquores, aut succi, aut cortices, aut semina, omnibus ineſt tenaciter inhærens & vi-

& viſcoſa qualitas. Ideoque eorum ſolutiua vis non poteſt aſcendere in diſtillatione, ſed manet in ſubſtantia decoctionis, ex ea euaporante quicquid eſt aqueum. Excogitata autem hæc eſt extractio pro delicatis & nauſeabundis, vt qui magnam ſolutiui doſim non ferunt.

Ellebori nigri extractio. Cap. 11.

RECIPE rad. Ellebori nigri recent. libras iiij. lauentur, dum ſunt ſucco præditæ: deinde incîde minutim, ac ſuperinfunde ſequentis decoctionis colaturam.

* Succi Bugloſſi, Borag. ana ℔ ij. Succi depurentur, & colentur diligentiſsimè, vt auri claritatem acquirant, & reponantur ad tempus conueniens.

* Deinde ℞. rad. Fœniculi, Cichoreæ, Aſparagi, Petroſelini, ana vnc. iij. Fruct. Iuiubarum, Seeſten ana ʒ ij. Semi-
* num Melonum, Cucumeris, Cucurbitæ, Citrulli, ana ʒ ß. decoquantur ſecundum artem in aquæ ℔ xij. Colaturæ infunde prædictas ℔ iiij. ſuccorum: deinde ſine ebullire paululum ad ignem. Poſteà inciſas & contuſas radices Ellebori inijce, & coque lento igne paulatim, vſque dum radices emineant: deinde exprime rurſum per filtrum. Colaturam coque ad Mellis craſſitudinem, clementi igne, adhibita aſſi-

dua cura ne aduratur. Posteà repone, & vtere faciendo periculum in dosi, à scrup. semisse, vsque ad scrup. vnum.

P. C. Schol.

Sebesten ana ʒ ij.] *Cùm Gesneri editio anæ ʒ ij. legat, ego ex industria (si pondere metiendi sunt hi fructus) ex drachmis vncias feci, & legendas esse puto. alioquin cuiusque vncia vna ad minus sumi debet. Cumq; semina frigida ponderibus carerent, ego cuiusque ʒ ß. adscripsi. Si cui verò hæc non placuerint, illi, vt suo more loca hæc restituat, permittitur.*

Extractio Rhabarbari. Cap. 111.

Rhabarb. electi ℔ j. minutim incidatur, & grosso modo teratur: posteà affunde succi depurati Boraginis, Buglossi, ana ℔ ij. maceretur per horas xxiiij. deinde coque ad lentissimum ignem, vsquequo extrà emineat Rhabarbarum: Exprime posteà fortiter, & expressam decoctionem per laneum colatorium transmitte & exprime, vt substantia in colatorio maneat: colaturam coque ad mellis spissitudinem, adiectis Zacchari vnciis ij. Quidam in balneo Mariæ ad spissitudinem coquunt, ne aduratur, quod melius est, quemadmodum etiam in duplici vase, Purgando deglutiendum cum gutta olei Cinnamomi, aut Anisi mixtũ & azymo inuolutum, faciendo in dosi periculũ à scrup. j.

vsque

vsque ad scrup. ij. Quidam, quia Rhabarbara per se non valde purgant, acuunt totam extractionem cum modico Diacridij optimi, quod nihil nocet.

De Extractione è Massis Catapotiorum. Cap. 1111.

Cvm virtutem solutiuam ex massis pilularum extracturus es, necesse est, vt prius diligenter dispensata sit massa, sumpta Aloë purissima, & aliis medicamentis electis. Deinde recipe quancumque volueris massam, & concidas in minutas partes, ac macera per octiduum in aqua pluuiali, succorum Boraginis, Fœniculi ana q. s. Coque deinde in vitreo duplici vase per integrum diem: deinde exprime per laneum pannum mundissimum, qui nullos pilos emittat, & iterum in balneo vel in duplici vase ad iustam spissitudinem diligẽter coquito, & forma pilulas minutas. da scrup. ij. aut circiter vnum. Hoc modo extracta massa est purissima, tenera, & facilè in manu liquescit. Porrò reliquorum purgantium medicamentorum vires similiter exprimi possunt. Sed animaduertendum, quòd semper sint admiscenda in decoctione lenientes & lubrici succi, quales prædicti sunt: & melius multo est, vt omnia in duplici vase coquantur.

Aloë

Aloë quomodo optimè lauetur. Cap. v.

ALOEN optimam, fuluam, pelluci-dam, facilè in manu liquescentem, confringe in partes minutas, & pone in patinam vitream, mundam: & infunde desuper sufficientem quantitatem aquæ pluuialis: dissolue in duplici vase omnino, & permitte denuò refrigerari. posteà aufer innatantes, si qui sunt, pilos; & sensim quod est liquidissimum ad spissitudinem in duplici vase coque. Quod verò in fundo vasis est crassiusculum, in alios vsus seruetur.

PARS SECVNDA.

De distillatione Oleorum. Cap. 1.

QVONIAM Aromata quædam, & omnium vmbelliferarum herbarum semina ferè constant magna ex parte, calida, tenui & aëria substantia: ideò necesse est, vt aliquid de oleaginosa substantia habeant. Nam talem habet mixturam propemodum omne oleum. At cum oleum & pinguedo quæ in simplicibus medicamentis continentur, duplex sit, quædam monenda sunt. Naturæ periti, duplex inuenerunt oleum in simplicibus medicamentis: Vnum terrestre, crassum & viscosum, & totaliter suo corpori in quo est commixtum: quale est oleum Nucum,

cum, Amygdalorum, Baccarum Lauri, Seminum Lini, Hyoſcyami, Synapi, Papaueris, & omnia ſimilia quæ in fructuum aut ſeminum nucleis continentur. Hæc autem omnia propter totalem cum ſubſtantia cui inſunt commixtionem inſeparabilia ſunt, nec vllo modo per diſtillationem elici poſſunt. quare vi exprimenda ſunt è ſubſtantia. Alterum tenue, aëreumque eſt, & ſeparabiliter ſuo corpori inhæret: & hoc eſt ſegregabile. Aſcendit enim facilè in diſtillatione, nec difficulter à ſuo cui ineſt corpore decedit. Tale autem eſt quod continetur in aromatibus, Carpobalſamo, Cardamomo, Pipere nigro, Cubebis, Cinnamomo, Garyophyllis, Macere, Nuce moſchata, Ligno aloës. Item quod continetur in ſeminibus vmbelliferarum herbarum: quales ſunt Liguſticum, Angelica, Angelica minor, Libanotis nigra, Magiſtrantia, Paſtinaca, Caros, Cyminum, Ammi, quod appellant Amomum: item Apium, Petroſelinum, Gingidium, Pimpinella, Aniſum, Fœniculum, Anethum, &c. Eliciuntur autem hæc olea per diſtillationem in arena, ita vt tuſa aromata aut ſemina iniiciantur in cucurbitam vitream luto intectam optimè: vna autem vice ad L. ij. iniiciantur, & ſint trita ſecundum capacitatem cucurbitæ: infundantur deinde ad vj. lib. aquæ clariſ-

clariſſimæ, ac miſceto diligenter. Pone deinde cucurbitam in capellam aptam fornaci, & arena imple, & non attingat fundum, ſed interſit arena. Cucurbitæ impone alembicum vitreum cuius roſtrum deſinat in ſtanneam vel ferream fiſtulam ſtanno intus & foris illitam: ea fiſtula tranſeat in obliquum per vas quod habet in ſe aquam frigidam vt inter diſtillandum egrediens cum oleo liquor refrigeretur, claude iuncturas accuratè, madefacta papyro vel linteo, & ſuppone exceptorium. Poſteà accende ignem lentum, & vide ne nimium ſurgat & ebulliat in alembicum, quod in cucurbita continetur. Semina enim quædam, vt Aniſum, propter raritatem ſubſtantiæ ſuæ, ſimulque viſcoſum quod habent, largiter ebulliunt, ideò non ſtatim alembicum imponere debemus: ſed poſteà quàm bullas excitari videris, & vaporem ſurſum ferri. Quod cùm fiet, depone alembicum, & immiſſo bacillo agita, ita reſoluetur in vaporem ſpuma, quæ poſteà mediocri igne moderari, compeſci & excitari poteſt. Quo facto, impone rurſus alembicum, & circumlutato ſatis, ac diſtillato ſine ceſſatione, donec conieceris nullum amplius intus contineri oleum: quod viſu & guſtu ſtatim percipies: nam cum guſtu diſtillantes guttæ non amplius reſipient iniecti aromati ſaporem,

rem, desistendum est ne aroma fundo cucurbitæ inhæreat & exuratur. Deinde se grega contentum in distillata aqua oleum optimum, quo potes artificio. Porrò notandum est, quædam ex his oleis aquæ innatare, quædam fundum petere. Innatant Piperis nigri, & recentis Cardamomi & Anisi: Fundum petunt, Cinnamomi, Macis & Garyophyllorum &c: vt videtur. Aqua Cinnamomi & Anisi cùm destillantur, lacteum habent colorem, & lacteum hoc paulatim in oleum conuertitur. Reseruanda autem Cinnamomi est aqua, præsertim quæ primò exierit.

Naturæ & vires Oleorum. Cap. II.

FOENICVLI & Anisi olea, naturam mirabilem habent: nam in hieme vtrumque concrescit instar butyri, ita vt aspectu imitentur sperma Ceti, præsertim Anisi. nam hoc æstate media concrescit aspectu niueum: reliqua omnia liquida permanent. Reponuntur optimè in loco frigido & puro, præsertim Cardamomi & Piperis. Ea enim omnium tenuissimam substantiam habent, adeò vt neglecta omnino euanescant. Vires autem habent earum rerum, è quibus extracta sunt; sed multò efficaciores. Nam efficacia quæ vni libræ inest, in paucas drachmas contrahitur. Garyophylli enim vnciæ xvj. contrahuntur

in

in vnciam vnam ſemis, aut duas. Cin
namomi in drachmas duas ſemis, au
duas. Piperis, in drachmas duas aut tre
vna ſemis. Miſcentur autem in confe
&ione guttæ x, vel xv, aut xx. libr
Zuccari pro delicatis: ſed infundendu
eſt vltimò cum morſellis, quos facis, ve
orbiculis, optimè miſcendo.

PARS TERTIA.

De Oleo Vitrioli faciendo. Cap. I.

OLEVM vitrioli, quod à quibuſdam Oleum vitæ appellatur, aut melan cholia artificialis, nihil aliud eſt, quàm aluminoſa qualitas, & ſubſtantia ex vi triolo per artem extracta, modicoqu ſulfuri mixta. Nam ipſum vitriolu è quo fit, triplici conſtat mixtura, vi delicet multo alumine, modica ærugi ne, & pauco ſulphure. Aluminoſa enim aqua in metallis per æris venas & Mar chaſitam diſtillans, æruginoſam qualita tem acquirit, & ſulphuri, quod Mar chaſitæ ineſt, mixta paulatim concre ſcit, aut induſtria ad ſpiſſitudinem co quitur: in diſtillando autem alumino ſus & ſulphureus vapor tantùm aſcen dunt, æruginoſa qualitate in fundo re tortæ relicta; quo fit, vt hoc oleum alu minis, & non æruginis ſaporem ha beat. Eſt autem duplex hoc oleum nem

nempe auſterum & dulce. Auſterum duplici conſtat mixtura, ſcilicet alumine multo & modico ſulphure. Dulce verò ſimpliciter ſulphure conſtat. Nihil enim aliud eſt, quam liquidum ſulphur ex auſtero oleo extractum. Quapropter guſtu nequaquam alumen, ſed ſulphur æmulatur. Faciendum eſt autem vtrumque maxima cura & diligentia, adhibitis aptis fornace, retorta, & receptaculo: ſiquidem aptitudo inſtrumentorum, vt aiunt Chymiſtæ, magiſtrum parit. Quapropter ſequentes Canones diligenter obſeruentur.

Electio Vitrioli. Cap. 11.

CVM plurimæ ſint Vitrioli ſpecies, operæ pretium eſt indicare, quæ nam ſpecies eius huic operi potiſſimùm conducat. Et quamuis omne Vitriolum hoc oleum reddat, nullum tamen eſt ex omnibus præſtantius cæruleo aut viridi: quoniam plurimum fugitiui ſulphuris obtinet, quo adiuuatur, vt facilius oleum aſcendat. Notandum etiam melius eſſe factitio natiuum Vitriolum, & maximè Vngaricum: aut ſi huius copia non ſit, Goſſarienſe. Eligendum præterea eſt quod magnis racemis conſtet, & maioribus cubis concretum ſit. Quod autem fractum, minutum & puluerulentum eſt, veluti inutile non eſt recipiendum, quemadmo-

dum etiam quod Solis vel aëris iniuria candorem & puluerulentam canitiem contraxit.

Coctio Vitrioli. Cap. III.


AT quia Vitriolum multum in se habet aquei & excrementitij humoris quii oleum diluit, & non nisi longo tempore & magnis molestiis per distillationem ab oleo separari potest; compendiaria est inuenta via, qua breui temporis interuallo id absumi queat, ne longa mora artifici fastidium pariat. Recipe igitur prædicti Vitrioli ℔ xij. conjice eas in ollam magnam, nouam & optimè crematam: ollam impone fornaci profundæ, supra ardentes prunas: cùm liquefieri & bullire cœperit, spatula agitetur, vt integrum liquefacto misceatur, donec & ipsum liquefiat. Bullire demum sinito, vsquequo nullam prorsus bullam amplius excitet, & donec totum densetur. Deinde exemptam è fornace, cum Vitriolo ollam refrigerari permitto, loco neque humido neque ventoso, sed sicco & tepido: postquam refrigeratum fuerit, ex olla eximito, & considera an superficies eius vndique rubescat. nam si rubescit, bonum est signum, & facilius calcinatur, vt iam dicemus.

Cal-

Calcinatio Vitrioli.
Cap. IIII.

EXEMPTVM olla Vitriolum, in minutas partes confringe, & in mortario subtilissimè tere: deinde tertiam aut quartam eius partem in nouam ac bene coctam ollam conjice, ac rursus in profundam fornacem, sicut ante, dimitte, & aliquandiu vrito, donec rufus fiat color. Mox ollam ab igni depone, & moue eam, vt videas notam, an satis calcinatum sit Vitriolum. Nam si in olla fluctuat argenti viui aut liquefacti plumbi modo, & exilientes bullas eiaculatur, satis vstum esse intellige: tunc effunde in magnam & recentem ollam priùs calefactam, & effluet quasi sit liquidum, aut ad modum argenti viui. Quod autem reliquum est Vitrioli, similiter sigillatim, vt calcinetur, vras. Cùm vstum fuerit, commisce rursus optimè in mortario, modestè agitans ne puluerem excites nares & fauces offensurum. Cùm hæc omnia executus fueris, Vitriolum in bilancem ponito, & animaduerte pondus ipsius. Nam si vj. lib. id est, medietas superfuerit, bene omnia facta sunt: sed hæc sufficiant.

De fornace facienda, Cap. V.



MATERIA quæ distillanda est, quomodo præparanda sit, iam indicauimus. Nunc autem dicere de fornace res & ordo postulat: nam si hæc inepta fuerit, fustra omnia fient: Exstruéda igitur est fornax ex lateribus in planum positis, quo crassioribus parietibus ignis faciliùs & diutiùs contineatur: fiet etiam quadrata & æqualiter crassa, intusque habeat propemodum duarum spithamarum latitudinem, non tamen omnino, sed dempta tertia parte spithamæ. Extruatur autem hoc modo: Prima & infima cauitas habeat altitudinem semipedis, cui per transuersum imponantur ferramenta satis crassa, vt ignitis carbonibus non inflectantur: secunda cauitas quæ est constituta supra ferream cratem [id est, *vber den rost*] habeat duûm pedum altitudinem, & ex anteriori parte foramen, per quod carbones injiciantur. hoc incipiat lateri transuersi crassitudine super cratem. Per mediam deinde cauitatem, in ipsa medio

medio inſpicienti fornacem, per tranſuerſum infigatur ferreus axis, quadrangularis, craſſitudine pollicis, qui impoſitam retortam ſuſtineat. In latere deinde ſiniſtro fornacis, relinquatur meatus, per quem retortæ collum exeratur.

Diſtillatio Vitrioli. Cap. VI.

POSTQVAM fornacem extruxeris, eligito retortam capacem, aptamque ante omnia, ex vitro Venetiano aut ſaltem Heſſiaco factam prius vndique luto obductam: in eam conjicito totum Vitriolum, ita vt aliqua pars retortæ relinquatur vacua, quò facilius à Vitriolo ſpiritus aſcendere queant. Mox tranſuerſam & ferream trabem in fornace optimè luto obducito, eique in medio ſuperponito perlutatum teſtæ fragmentum: ſuper id collocabis retortam, ne à candente ferro immediatè diſſecetur, ita tamen, vt in medio fornacis retorta conſtituta ſit, eiusque roſtrum extrorſum modicè pronum promineat, & meatus per quem collum ſuum è fornace exerit, diligentiſſimè luto farciatur atque obſtruatur. Poſteà accipe quinque tegulas, & fac ex iis tectum ſupra fornacem, ſub quo lateat retorta ad eum modum quem depinxi: tectum luto vndique obducatur, quatuor pro fumo foraminibus relictis, in ſingulis an-

gulis ſingulo, ea amplitudine, vt craſſi-
ſſimus pollex liberè intromitti & exerri
queat. Fac etiam quatuor conos ex
luto, quibus foramina obſtruantur: quo
facto, aplica retortæ orificio receptacu-
culum grande ex vitro Venetiano aut
Heſſiaco: quo enim maius idipſum
fuerit, eo liberiùs ſpiritus recipiet: ſi
verò paruum fuerit, periculum eſt ne
ſpirituum copia diſtentum rumpatur: in-
funde etiam in retortam aquæ clariſſi-
mæ vnc. xviij. aqua enim citò ſpi-
ritus ad ſe rapit, & prohibet ne confrin-
gatur receptaculum. Ita applicatum o-
ptimo luto diligẽtiſſime obſtruatur, ma-
gna adhibita cura, ne quicquam in rece-
ptaculum incidat; tingitur enim inde in
rufum colorem oleum. Cùm omnia
hæc feceris, dimitte per integram no-
ctem lutum exiccari: ac ſi quæ fatiſcun-
rimæ luto illinantur: manè deinde per-
lucidum accende ignem, ex puris & ma-
gnis carbonibus, aperto vno ſuperiùs
foramine, per quod fumus exeat, augea-
turque ſucceſſiuè ignis vſque ad veſpe-
ram: quo tempore aperiendum eſt ſe-
cundum foramen, & attende diligenter
an appareant ſpiritus, qui è retorta e-
grediuntur, veluti ſi quis candidnm ef-
flaret fumum: nocte ſequente vigili cura
cauendum ne ignis remiſſior fiat, ſed
acrior, paulatim tamen: ita deinde au-
ctum ignẽ in vigore teneas, ac altera die
tertium

tertium aperi foramen, augendo ſigillatim ignem, vſquequo etiam retortæ collum candeſcat. Sequenti ſecunda nocte auge ignem, & poſt mediam noctem aperi quartum foramen. Cùm ita in ſummo vigore ignis fuerit conſtitutus, videbis ſpiritus egredi, veluti conglomeratas nubes; qui cùm ceſſare voluerint, aperi omnes fornacis aditus, & ſine intermiſſione carbones ingere, vſquequo etiam receptaculū excandeſcat; ſtudioſè cauendo ne quicquam frigidum aut humidum ſuper retortam aut receptaculum iniuria aut caſu decidat. Agenda hæc ſunt in loco clauſo, quò neque imber, neque ventus ingrediatur: conſeruandus autem ignis eſt, donec nulli prorſus ſpiritus in Vitriolo relinquantur: quod viſu facilè percipi poteſt. Cùm autem nulli ampliùs egredientur, ſine vt per ſe extinguatur ignis, ac totum opus integrum cum nocte diem quieſcere ac refrigerari ſinito: poſteà aufer cum contento humore receptaculum; & repone, donec oleum ab aqua ſegregabis: tum confractam retortam inſpice, & vide an caput mortuum nigrum ſit: hoc enim ſignum eſt perfecti operis. Eſt autem caput mortuum exuſtum in retorta Vitriolum.

Segregatio infuſæ aquæ. Cap. VIII.

QVONIAM in receptaculo con-

tinetur vnà cum Vitrioli oleo aqua, segreganda hæc est, vt Vitrioli liquor sincerus reponatur: segregatur autem per distillationem in balneo aut cinere subtili, tutius tamen in balneo: quapropter totum humorem qui est in receptaculo, in cucurbitam vitream Venetianam aut Hessiacam infunde, superponendo Alembicum è simili vitro factum, quæ bene luto circumlinatur: sub balneo deinde accenso igne, paulatim sine aquam exstillare, donec habeas vnc. xviij. illas quas infudisti. Si Vitriolum non bene calcinatum fuerit, plus egredietur: quare vide vt prædictæ xviij. vnciæ sint bonæ mensuræ. Cùm hoc feceris, refrigerari balneum sinito, & aquam quæ distillauit abjicito. Quod verò in balneo cucurbitæ in fundo reliquum fuerit, purum est Vitrioli oleum: habet tamen plerumque rufum colorem, ideò secundum sequentem modum rectificandum est, vt clarum fiat.

Rectificatio olei Vitrioli. Cap. VIII.

ACCIPE retortam Venetianam aut saltem Hessiacam, antea luto optimo vestitam: in eam funde quod in cucurbita continetur oleum: retortam pone in minorem fornacem, in capellam quæ pura & lota arena repleatur. Et quemadmodum antea in balneo, ita nunc

nunc in arena distilla, paulatim ignem acuendo, vt sigillatim ex interuallo delabantur guttæ. Retortæ orificio applica receptaculum ex eodem vitro factum, ac commissuram optimè luto claude, né quicquam expiret: cùm deinde totum è retorta distillauerit, refrigerari sinito, ac posteà aufer, & infunde sensim in purum vitrum Venetianum, quod habeat angustum orificium, ac repone, ceu præsens in multis morbis remedium. Hoc est austerum Vitrioli oleum, cuius vires & naturam nunc indicabimus, quas excellentes & efficaces habet.

Vires eius. Cap. IX.

MERVM ac non dilutum, neque debet neque potest intra corpus sumi: nam propter nimiam acrimoniam, ignis modo interanea, & quicquid attingit, adurit: omnia nempe corrodit præter vitrum & pinguia, veluti ceram, picem, seuum, & liquidorum etiam oleorum colorem immutat; præsertim olei Macis, cui si misceatur, sanguineum reddit colorem. Si etiam in duobus vasculis contineatur quantumuis frigidum, & repentè sibi ipsi misceatur, adeò incalescit sua spõte, vt manibus vix teneri queat. In terrã effusum bullit, quemadmodum etiam pura melancholia: quare etiã melãcholia artificialis appellatur.

Quemadmodum enim melancholia, ita etiam hoc oleum ventriculum confortat, & ad cibi appetentiam inuitat ac stimulat, frigidum ventriculum calefacit, phlegma consumit, crassos & viscosos humores incidit, colicæ ac dysenteriæ opitulatur, sitim ac feruorem interaneorum in febribus extinguit: singultum prohibet confestim, & nauseam ac cibi abominationem auertit; sed temperandum est cum aliis quibusdam. Quare exemplum vnum atque alterum ponemus.

Aduersus Calculum.

℞. Olei Macis
Olei Terebinthinæ clariss. ana guttas xij.
Aquarum Anisi
Fœniculi ana vnc. ij.
Syr. Liquiritiæ vnc. j.
Olei Vitrioli tres aut quatuor guttas.

Misce omnia optimè, & gusta: si habet acetositatem, quæ dentes non in stuporem trahat, bene est; si non est acetosa potio, instilla adhuc vnam aut alteram guttam, & consule palatum, ac propina securè.

Ad ventriculum debilem.

℞. Syr. de Mentha vnc. j.
Aqnæ Cinnamomi vnc. iiij.
Olei Cinnamomi guttas ij.

Olei

Olei Vitrioli guttas iij.
Da ſecurè.

Ad calorem & ſitim in febribus.

℞. Syr. ex ſucco aut infuſione Violarum vnc. j.
Aquarum Cinnamomi vnc. j.
Hordei vnc. iij.
Olei Vitrioli guttas iij. aut iiij.
Miſce, & contrahet puniceum colorem, & ſaporem vini auſteri Cinnamomo aromatiſati.

Ex auſtero quomodo dulce fiat.
Cap. X.

ANTEA dictum eſt, Auſterum Vitrioli oleum duplici conſtare mixtura, videlicet multo alumine, & pauco ſulfure. Quare cùm ex auſtero oleo dulce extrahitur, nihil aliud fit quàm quòd ſulfur ab alumine ſegregetur. Eſt itaque dulce Vitrioli oleum nihil aliud, quàm oleum ſulfuris aut ipſum ſulfur in liquidam ſubſtantiam redactum: & hoc propriè oleum dici poteſt: eſt enim pingue vnctuoſumque, quemadmodum ipſum ſulfur quod in oleo, & non in aqua liqueſcit. ſequitur autem modus ſegregationis.

Modus

Modus segregationis.

Cap. XI.

RECIPE vini ardentis acerrimi & ter sublimati vnc. vj. Olei Vitrioli austeri tantumdem, misce in Veneto vitro, & pone in cucurbitam paruam, angusto orificio, & optimè luto orificium claude: dimitte ita per integrum mensem aut duos. Deinde effunde in cucurbitam cui fit immediatè vi ignis agglutinatum & annexum alembicum, [hoc est, *ein kolb mit einen angeschmeltzen helm,*] cuius figuram subjiciemus: pone deinde in paruam fornacem, ac dimidiam partem eius cinere obrue: posteà applica recipientem, & luto iuncturam claude diligenter, & extrahe vnc. vj. vini ardentis, quas infudisti: vt verò tutiùs hoc fiat, pone in balneum Mariæ, sic solum vinum absque oleo ascendet. Cùm extraxeris autem per balneum infusas sex vnc. vini ardentis, pone id quod residuum est, in fornacem, vt arena mediam cucurbitæ partem attingat, ac nouo & vacuo recipiente, eoque non magno applicato, luto iuncturam diligenter claude. Accende deinde lentum ignem, & sensim extrahe omnem humiditatem quæ relicta est in cucurbita, donec nihil humidi amplius in fundo appareat: adhibita semper maxima cura & diligentia, vt ignem ita modereris,

ne

ne ebulliat vsque ad alembici canalem. Nam si hunc ebullitio attigerit, sedari non potest, nec prohiberi, quin in receptaculum egrediatur: ac totum oleum corrumpat; solet enim facillimè ebullire. Cùm autem sensim extraxeris, aufer statim recipientem cum suo humore, tum videbis duo contineri in eo, videlicet aqueum humorem, & oleosum ac pinguem. Segregabis autem vnum ab altero statim, ita vt nihil aqueum in oleo relinquatur, nam aqua illa perdit oleum.



Solet autem oleum ipsum plerumque aquæ innatare, maximè si infusum prius vinum omnino per balneum extractū fuerit: sed statim poteris tactu discernere oleum ab aqua. Oleum enim pingue est, aqua minimè. Segregatum oleum deinde vsui reserua.

Einen kolb mit einem angeschmeltzen helm/der muß man etlich auff der Glaßhütten bestellen zu machen/auß zerbrochnem Venedischem glaß/ oder auß Bestischem glaß.

Vires eius quod segregatum est.

Cap. XII.

VIRES habet quascumque & Sulfur, sed omnia efficaciùs præstat, quia propter liquiditatem faciliùs penetrat, & ad actiones properat, quod sulfur non potest; quia impeditur à soliditate & spissitudine sua, quo minus penetret. Illud verò amplius potest sulfure hoc oleum, quòd valeat potenter ad omnes in corpore putrefactiones, & præcipuè ad pestem. Ad educendum è pulmone in pleuritide, & peripneumonia, & difficili tussi, pus, & crassos viscososque humores: tutò enim absque omni periculo intra corpus sumitur. Calculum neque in renibus, neque vesica coalescere sinit, exulceratam vesicam sanat. Dosis eius est vna aut altera guttula, aut tres, in vino modico temperatæ. Miscetur etiam rotulis & morsellis è saccharo factis. Diligenter autem reseruandum est. Nam modicum fit ex lib. j. austeri olei Vitrioli, & facilè propter tenuitatem partium euanescit.

FINIS.

EPI-

EPITAPHIVM VALERII CORDI, QVI SEPVLTVS est Romæ in æde D Mariæ de anima, regione Parionis.

VALERIO *Cordo Simesusio Hesso, Euricij filio, moribus, ingenio, comitate præstantiss. Doctorum omnium admirationem merito: Qui naturæ obscuritatem & herbarum vires adolescens senibus explicauit: Cùm expleri cognoscendi cupiditate non posset, perlustrata Germania, Italiam adiit, Venetiis in honore habitus, & Romam vix ingressus, subito morbo inter amicorum lachrymas, non recuperabili studiorum jactura, opt. ætate extinguitur, anno salut. M. D. XLIIII. VII. Calend. Octobr.*

Ingenio supereſt Cordus, mens ipſa recepta eſt
Cælo: quod terræ eſt, maxima Roma tenet.

APPEN-

APPENDIX EX SCRIPTIS D. IACOBI SILVII MEDICI PARISIENSIS, PRO INSTRUCTIONE PHARMACOPOLARVM.

DE SINGVLORVM MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM exacto delectu, Collectionis tempore legitimo, Repositione commoda, & Duratione eorum.

DE RADICIBVS.

RADICES euellendæ sunt, cùm medicamentosæ sunt maximè. Quædos omnibus eodem non inest tempore, sed alio aliæ vegetæ magis sunt: quãquã sunt qui putent omnes radices legendas Autumno, vbi folia deciderunt: alij Veris initio, priusquàm in folia aut caulem erumpant. Omnes tamen integræ sunt, si fieri potest, vellendæ, & vnaquæque in solo & cælo naturæ ipsius maximè familiari, bene nutritę, bene habitę, nõ præ alimẽti copia enormes, neq; ob inopiam strigosæ, tenues, rugosæ: mox aqua lauandæ, & radiculis portionem quandã alimenti repetentibus, & stolonibus etiamdum trahentibus, purgandæ; pòst (nisi vtendi recentibus aliqua in-

inceſſerit vel cõmoditas vel neceſſitas) ſiccandæ, quædam vmbra & vento, vt apij, fœniculi iridis, & quæ aliæ ſunt vel minores, vel ſicciores, vel rariores, quarum vires ſol ſeu ignis promptè diſſipet: quædam contrariæ dictis ſole & vento, vel igni ſiccantur ſi cælum eſt nubilum, aut hiems: & ſæpè verſandæ, ne mucidæ aut putridæ fiant: vt bryoniæ, gentianæ, mandragoræ, rhei pontici. Si verò ſiccatis cito eſt opus, patellæ ignitæ impoſitas ſæpè verſando ſiccabis. Quædam item integræ ſiccantur, vt gentianæ; aliæ in taleolas diſſectæ, vt iris; alię lignoſa matrice (ſic enim cor Plantarũ Gaza ex Theophraſto vocat) adépta, vt fœniculi, petroſelini, apij. Deinde reponuntur loco non inſolato, non infumato, non humido, nõ puluerulento, ſed ſublimi, puro, ſicco, aut ſeptétrionẽ, aut potiùs meridiem ſpectante, præſertim quando hunc plantæ quædam adhuc humidiores requirunt, modò non flent auſtri. Eædem quamdiu vegetæ adhuc ſunt ſeruandæ. paruæ ſcilicet ac tenues & raræ, vt aſari, aſparagi anno tãtùm, quãuis elleborus vterq; etiam triennio ſeruari poſſit, vt magnæ & craſſa eſſentia prædictæ, bryonia, rheon Ponticũ, ariſtolochia, gentiana. Hæc autem tria, colligendi tempus legitimum, repoſitio cõmoda, & duratio, nõ in radicibus ſolis obſeruãda ſunt, ſed etiam in aliis plãtarũ partibus,

atq; adeò quibuſdam animalium aliquorum partibus, vt ſanguine hircino, hepate lupi, pulmone vulpis, veſica apri. Propterea Chamepityn, chamædryn, thlaſpi, centaurium, polion, hypericum, aliaque florentia capiebat Galenus, theriacen vel aliud medicamentum compoſiturus, non ſole æſtiuo ſiccata, neque dum fructus eorum adhuc crudi & imperfecti ſunt. Iubet idem continua ſpeculatione cognoſcendum, quando fructus ſunt futuri, quando eduntur, quando augentur, quãdo deniq; vigent. Quo tempore potiſsimùm eos commodè decerpas, & in ſiccis domunculis repoſitas cuſtodias, ne à ſolis radiis vrantur, neq; humiditate à tecto vel muris madefiant. Ob id domo nõ vult ſubterranea eos reponi, nec aliis vicina, neq; ſub tegulis, ſed horũ media, quę oſtia meridiem ſpectantia habeat, prope qnæ tamẽ medicamenta ne reponas. Omnia igitur legẽda, quãdo ſummarum ſunt virium, & accuſandi tum mercatores tum herbarij, qui radices, liquores, ſuccos, flores, germina, fructus extra anni tempus carpunt, & in vrbes conferunt. In quibuſdam & aſtrorum obſeruatio valere putatur. Pæoniæ enim radix ad epilepſiam legẽda decreſcente Luna quibuſdã videtur, & Alyſſon ſub æſtu Caniculæ vult legi Galenus, vt Æſchrion cancros fluuiatiles capi contra rabiem, vnde eſt herbæ nomẽ, tamquam

tamquam vis quædam illis cõtra rabiem à sidere accidat, rabiem canibus afferente. Plantas item calidas ex calidis regionibus, & ex harum editis & siccis locis, vt Cretæ montibus, præfert Galenus.

DE HERBIS.

QVÆ priùs in radicibus dicta sunt de collectione, repositione, duratione illarum, ad herbas etiam transferri possunt, nisi quòd his ferè recentibus vtimur quibusdam omnino, vt portulaca, lactuca, buglossa atriplice, beta, brassica, acantho, nasturtio, helxine, mercuriali, viola nigra, intubo, fumaria, hyoscyamo, mandragora, & alijs permultis. Quibusdam verò recentibus vtimur, quando his mitioribus opus est, vt ruta, mentha, absinthium, abrotonum, recentes minus calent ob mistam humiditatem excrementosam; siccatæ verò calidiores sentiuntur, & fumaria recens minus aluum subducit magis sicca.

Colliguntur ferè cum floribus herbæ, aut seminibus, sic benedictus carduus acanthium putatus, centaurium paruum, calaminthe, chamædrys, chamæpitys, daucus, fumaria, maiorana, polium, pulegium, origanum, serpyllum, thymus: aut saltem cùm vigent folia magnitudine, odore, colore, præsertim quæ cacumini sunt propiora.

Siccantur in vmbra magis, nisi si

quæ scapo sunt crassiore, aut folio humidiore, & ob id apto putrere. Vbi probè sunt siccatæ, reponuntur vti radices, sed minus diu seruari possunt, ob id quotannis mutandæ

De Floribvs.

Flores vt plantarum partes reliquæ legantnr, cùm maximè vigent, vt caparis in gemma, rosa expandi cœpta, reliqui ferè aperti ; sed haud ita pridem, & ex quibus vis nondum exhalauit, siccantur sole magis minùs, pro varia ipsorum natura : quidam siccandos volunt, donec ex ponderibus decem vnicum supersit. Reponuntur, vt alia:: quotannis mutentur, quamuis schœnanthos etiam decennium efficax seruarii possit: Chamæmelum item diu vegetum est ob fortem partium suarum mistionem.

Flores & omnia qnæ incundum odorem efflant, arculis tiliaceis nullo situ obductis reponuntur.

De Seminibvs.

Legenda sunt semina cùm sunt matura, & fructus quibus includuntur maturi. Semina verò quotannis mutare præstiterit, etiamsi pleraq; diutius seruari possint.

Vt aptè perennent, charta aut foliis aptè inuoluantur.

De

DE FRVCTIBVS.

Fructus vt maturi decerpantur neceſſe eſt.

DE CORTICIBVS.

COrtices vt recondantur eximere conuenit, cùm herbæ ſuis foliis exuuntur. ſiccantur etiam expurgatæ inibi, locis aſperginem non redolentibus: ſed cùm luto aut puluere ſunt obſitæ, aqua elui debent.

DE SVCCIS.

Χυλὸς, id eſt, ſuccus ex plantis totis vel plantarum partibus eonciſis & tuſis, torculari vel manu, vel aliter expreſſus, aqua interdum aſperſa aut vino, aut liquore alio, vel recens vſurpatur, vel vaſe aut loculamento aliquo reponitur, hicque vel liquidus vel ſiccus. Liquidus item aut per ſe ſeruatur, vt vinum, acetum: aut miſto ſale, vt omphacium, oleum: aut ſuperfuſo phialæ oleo, vt ſuccus roſarum, granatorum, limonum, cydoniorum, ſambuci, ebuli, & ſimilium: aut ſole, vetuſtateue, aut igni per ſe ſiccatur, vt ſuccus glycyrrhizæ, opos Cyrenaicus, ſcammonium: aut coctione cum melle, vel ſaccharo ad iuſtam craſſitiem facta ſole vel igni, vt in plurimis ſyru-

pis audies. Qui verò succi sine melle aut saccharo reponuntur, plurimum corrumpuntur, nisi igne diutius cocti, aut sole æstiuo vsq; ad mediocrem crassitiem siccati fuerint. Iidem temporis spacio siccriores euadunt, pluribúsq; annis seruati, eò siccitatis veniunt, vt balausticis similiter leuigari possint, quales sunt succus hypocysthidis, vuæ acerbæ, glycyrrhizæ, centaurij, & alij propè omnes. qui verò ex his lentorem quendam natura habent, dilatantur magis quàm leuigentur, nisi siccioribus multis mista horum parua portio. Portulacæ, semperuiui, cotyledonis, & aliarum similiter glutinosarum succus, præ lentore nimio per se nõ potest exprimi, quare cum omphacio probè trita herba exprimitur, alij tritas igni lento calefaciunt: alij tritas loco frigido, vt cella vinaria, vimineo vasi impositas in catinũ subiectum destillare permittunt. χυλὸς etiam, id est, succus, sæpe eũ humore aliquo extractus ex partibus plantarũ, vt semine psyllij, cydoniorum, lini, fœnugræci, lentorem aut velut cremorem & mucorem significat, vnde dictum est emplastrum ἀφ' χυλῶν, id est, de glutinosis quibusdam succis, diuersum tamen ab eo quod est de mucilaginibus, vt in compositis leges.

Liquidis medicaminibus densior materia argentea, vitrea aut cornea conuenit.

nit. Fictilis etiam, si modò rara non sit, accommodatur, & lignea, præsertim è buxo: sed ænea vasa ocularijs medicamentis liquidisque, &c.

DE LACHRYMIS.

Δάκρυον, id est, lachryma, seu humor ex planta sponte sua defluens, siue in gummi aquea res concrescat, siue in resinam liquescat, oleagina eius substantia. Arborum partibus, præsertim truncis à germinatu incisis & scarificatis, etiam resinas elicimus. Accensis autem arboribus resinosis, vt pinu, picea, larice, terebintho, teda, cedro, ex resinosa substantia igni parum siccata fit pix liquida, cui quod supernatat, pissanthum tenui consistentia & facultate est astringente, ob id canitiem sine vlla noxa tardat; vt pisselæum, id est, pix liquida, cum oleo mista. Galenus lib. 1. comp. ph. part. Pissasphaltus autem est Mumia Serapionis. Si pix iterum coctione siccetur, Palimpissa dicitur, sicca adeò vt puluerisari possit, qualis est Græca, etiam Colophonia, & Hispana, & Gallica dicta πίσσα ξηρία, lib. 8. comp. ph. part. & Dioscoridi probatur & Lycia. Est etiam Dioscoridi ex iisdem arboribus resina liquida & sicca. Resina omnis calefacit, siccat, tenuium est partium, magis minus.

DE ANIMALIBVS ET EORVM PARTIBVS.

SAnguis hirci quadrimi, bene habiti, aliquamdiu nutriti vino albo, fœniculò, ſeſeli, lauro, & ceteris calculum frangentibus, Auguſto menſe iugulati, medius effluens (nam primus tenuior, poſtremus craſſior putatur) vaſe vitreo receptus, tectus linteo raro, Sole ſiccatus, etiam cum myrrha, foliis Lauri, & ſimilibus, calculum potenter frangere dicitur, Tralliano, Auicennæ & ceteris practicis.

Adipem & medullam ſtanneis vaſis recondi couuenit.

Medulla loco ſicco & edito, & Septentrionem ſpectanti reponitur, cum foliis lauri ſiccis, ne putreſcant, aut ſitum ducant, quæ iniuria in locis humidis Meridiem ſpectantibus eis accidit: ſunt qui reponant bifariam, adipum modo.

ADVLTERIA SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM.

ACacia ſucco & carne prunorum agreſtium repreſentatur, dolo parum malo, cùm vtraq; viribus conueniant.

Aloës craſſæ partes & impuræ lotione ſeparata aqua marina & croco Meſuæ adulterantur, ſed croci odor dolum aperit. Alij acacia, alij gummi immiſcendo adulterãt, tuncq; minus eſt ad mini-

ma

ma friabilis, & odor & ſapor eſt alius.

Ambra, puluere ligni aloës, ſtyracis, ladani, ambræ largioris moſcho in aqua roſarum ſoluto. Sed hæc manuum attritu multo, ceu cera, molleſcit, vera non molleſcit. Platearius.

Amomum, planta amomide ſimili; ſed inodora, ex Armenia delata. ſeminis diſſimilitudo vitium detegit.

Aſphaltum, id eſt, bitumen pice miſtū Dioſcoridi; licet adulterari non poſſe, vt neque carpobalſamum, neque xylobalſamum, ſcribit Gal. lib. 1. antid.

Ærugo multis modis adulteratur Dioſcoridi: ſed hodie ſincerior videtur. ſi adulteratū ſuſpiceris, notas ex eo repete.

Æris flos limata æris ſcobe.

Bdellium adulteratur gummi. ſed ita vitiatum minus eſt amarum, & ſuffitu odoratum: Dioſcorid.

Balſamum, id eſt, opobalſamum, vitiatur terebinthina pauco opobalſamo miſta, vel ſine hoc croco orientali, & ſucco foliorum citri, vel oleo nardino. De quo in opobalſamo plura leges.

Bitumen adulteratur pice, vt in Aſphalto dixi.

Caſtorium variè adulteratur; vitium autē facilè deprehendes attentus notis quas in vero & laudatiore Caſtorio diximus in partib. animalis medicamētoſis.

Coſtus, radice prædura Helenij Comageniſ: ſed odor Helenij minus vehe-

mens, neque caput tentans, & ſapor minus acer, quam coſti.

Crocus miſto crocomagmate tuſo, flore croci, vel oleo & puluere berſilij, vt vocant: qui fricando dolum detegit, vel ſæpe ſublitu & lithargyro, vel plumbagine ad pondus augendum, vtrumque minus odore vegetum eſt, præterea hoc eſt puluerulentum. Adulterati quoque croci color & odor celeriter euaneſcunt, veri diu permanent. Galenus primo Antidot.

Caſia odorata, corticibus capparis & radicis tamaricis miſtis.

Caphura, gummi Iuniperi, ſed hoc eſt minus odorum & durius, illa eſt friabilis, & odore valentiore. Platearius.

Garyophylli vetuſtate exanimati, vino puluerem optimorum Garyophyllorum habente irrigantur, ſiccantur, foris ſolùm Garyophyllos olent, & vix ad dies decem: molliores ſunt integris.

Carpobalſamum adulterari ſemine hyperici ſimili, quod Petra Palæſtinæ oppido affertur, auctor eſt Dioſc. adulterari tamen non poſſe affirmat Gal. 1. Antidot.

Euphorbium lacte hædino, ſarcocollæ & glutini miſtione conſpurcatur. experientia veri eſt difficilis: nam euphorbium leui guſtu os diu accendit, ita vt omnia guſtata euphorbium reſipiant. Idem iniectum igni odorem edit

edit faſtidiendum, Dioſcor.

Ebur vſtum (quod cur ſpodium vocet vulgus, non video) oſſibus canis vſtis vel albo marmore vſto: id verò grauitate proditur, illud forma oſſis, & linearum deſiderio.

Galbanum mutatur reſina, farina fabarum excorticatarum, hammoniaco, Dioſcorid. ex cuius notis ſincerum deprehendes.

Galanga acris cypero Europæo inſipido, vel ſalſo; vel biſtortæ, vt vocant, radice auſtera: ſi verò dictæ radices aceto puluerem veræ galangæ & piperis habente biduò macerentur, foris ſolùm galangam referunt. Platearius.

Ladanum, ſtercore caprino & puluere nigro, id autem tractando nõ molleſcit, ſed in puluerem abit, modo ladani vetuſtate exucti. Viribus præterea & odore ladani caret, quod ſic vitiatum eſt.

Laſer omne antequam ficceſcat, adulteratur ſagapeno, aut fabæ lomento: ſed maleficium deprehenditur colore, odore, ſapore, dilutione, Dioſc.

Lycium quibuſdam amurca, ſucco abſinthij, felle tauri: ſed id à viribus ſinceri multum receſſit.

Læmniam terram ſic adulterant, vt nemo veram à falſa poſſit ſecernere: ſic & Lycium, Indicum, & plurima alia, vt verorum notæ à falſorum notis non exactè diſcerni poſſint.

Ligu-

Liguſtici ſemen adulteratur ſemine quodam ſimili, quod facilè guſtu diſcernitur, amarum enim eſt: alij ſemen fœniculi aut ſeſeleos admiſcentes Liguſtii cum dolo vitiant.

Lentiſcina reſina, id eſt, maſtiche, thuris & reſinæ pineæ nucis miſtura.

Moſchus pelliculis inciſis puluere: carnis columbinæ ſiccatæ, ſanguine hædino, & pane aſſo. Si eius certum pondus pelui madenti impoſitum aliquamdiu ſit grauius, eſt legitimum; ſi priſtinum pondus ſeruat, ſuppoſititium.

Manna Arabum, ſaccharo & felliculis ſennæ.

Myrrha adulteratur gummi macerato in aqua, in qua myrrha maduerit, Dioſcorid.

Nardus adulteratur ſtimmi, ſeu ſtibio cum aqua aut palmeo vino inſpiſſationis ponderisque cauſa inſpirato.

Nardus Celtica adulteratur impoſita herba ſimili, quæ hirculus ab odoris grauitate vocatur: ſed herba candidior, ſine caliculo, minoribus foliis, rādice nec amara nec odorata, vti vera nardus eſt.

Opi omnes adulterantur addito ſagapeno, antequam inareſcant colore, odore, ſapore dolus deprehenditur: & quia cum aqua vel ſaliua non mox ſoluuntur adulterata, adulterantur etiam furfure & farina, præcipuè καυλίας, id eſt, qui ex caule

caule defluit, quia dilutior, ῥιζία verò, id est, qui ex radice perlucidior & purior. Quamuis enim radice incisa aut caule quod effluit crassum & lentum ὀπὸς, id est, liquor dicitur, lib. 6. simpl.

Opium, semine lactucæ agrestis.

Opopanax, hammoniaco aut cera, tunc in aqua si digitis teratur, non soluitur, nec latescit vti sincerum. Dioscor.

Os ex corde cerui cartilaginosum, simili ex maiorum animalium corde.

Opobalsamum tam variè adulterant & astutè, vt eius adulteria etiam exercitatissimos fallãt. Hæc verò adulteria inuulgãda nõ censeo, ne maligni etiam vitient à nobis edocti. Vitiatur misto vnguento terebinthino, lentiscino, cyprino, balanino, susino, metopio, melle, vel Cypria cera liquida: sed maleficium facilè deprehenditur. Nã verus liquor in vestem laneam fusus, maculam nõ facit, & post lotionem notam non relinquit, cùm vitiatus inhæreat. Adhæc merus, lac si instillatur, coagulat, & in aqua aut lacte celerrimè liquatur, & colore lactescit. Alias quasdã notas apud eundem & Simeonem, si libet, legeris potius, quàm apud barbaros hoc seculo adhuc legi solitos, profunda hominum ignorantia, & magno mortalium incommodo.

Piper longum fraudulenter præparatum, est herba quędam flaua, quæ à Xene affertur, aspectu quidem, non autem gustu

gustu macropiperi similis, hæc autem aqua irrigata soluitur, natiuum macropiper insolubile permanet, Gal. lib. 1. Antidotorum. Piper longum verum ex Barbaria affertur: adulteratum verò duplex est, alterum, quod in Alexandria maximè conficitur, alterum herbæ cuiusdam germen. Quod factitium est, si per diem totum in humore maceretur, illico liquatur ac soluitur, lib. 4. sanit. tuend. Illud fortè ex massa subacta aqua, in qua dissolutum aut maceratum sit piper, & in formas effictas coniecta, pòst siccata. Vidi etiam adulteratū ex germine & velut nucamento betula & coryli.

Pastilli theriaci, ex radice pentaphylli, id est, tormentillæ Venetiis malè componuntur, non ex viperarum carne. Hermolaus in Coroll. Musa.

Phu, radice ruscì admista vitiatur, sed maleficium facilè deprehenditur; quia hæc dura est, frangi contumax, & sine vlla odoris gratia.

Pompholyx, taurino glutine, ouillo vel marino pulmone, aut grossis vel quibusdam aliis crematis.

Pentapetalon, Pentaphyllon, Polium, nihil simile habent in plantis, ob id non adulterantur.

Rha-Ponticum, radice centaurij magni. Rhabarbarum examinatur macerarum aqua diebus quinque, posteà siccatum idem minus in crocum tingit,

intus

intus nigricat, varietatem in fracturis amisit; densius est, astringit magis: ex aqua verò illa siccata trochisci fiunt regibus.

PHOV cùm viget ac integrum est, valenter astringit, densum est ac conrractum tota substantia, tamen celeriter perforatur. Incolæ regionis in qua gignitur, coctione vires eius in aquam trahunt; deinde rheum siccatum, tamquam integrum sit, nec coctum, transmittunt: sed id rarius est & laxius integro, nullam aut minimam astrictionem retinens. Quantum aliis notis rheon à rhabarbaro differat, alibi diximus.

Sagapenum, succo laseris & galbano, Dioscor. id non liquescit, sed verum vino vel aqua affusa statim dissoluitur, Gal. lib. 1. Antid.

Sarcocolla puluerizata est suspecta adulteriis Dioscor. à quouis puluere misto, integra eligatur.

Styrax modis multis Dioscoridi adulteratur, sed dolus facilè deprehenditur notis ab eo dictis.

Santala lignis aliis; rubrum bersilio inodoro, flauum & album ligno cedrino odoratiore linguam calefaciente.

Scammoniam lacte tithymali & sarcocolla, vel ervi farina, tunc linguam minus valenter pungit & mordet.

Saccharum, intus fæculentum aut spuma

ſpuma ſucci cannæ eius auctum, tunc in ore vaneſcit, & fractum nigricat.

Turbith gummi diſſoluto quibuſdam radicibus extremis illito; verum autem ſi frangitur, gummoſum eſt intus.

Tamar indi prunis adulterati non ſplendent, humidiores ſunt, ſapore & nucleo prunorum multum à ſemine Tamar Indorum diuerſo.

Thus, pini reſina & gummi, ſuffitum autem gummi flammam non edit, reſina autem in fumum vaneſcit, thus ſtatim ardet, odore etiam maleficium proditur.

Thuris cortex, pini aut nucis pineæ cortice: horum tamen index ignis: nam reliqui cortices ſuffiti, quamquàm incenduntur, ſine odore fumant. Thuris verò cortex ardet, & odorum fumum edit.

Thuris manna, adulteratur cribrata pini reſina, aut polline aut cortice thuris cõtuſo: ſed hæc igne deprehẽduntur.

Hæc abundè fuerint ei, præſertim qui veras ſimplicium ſincerorum notas, ex noſtro libro ſimplicium primo accuratè didicerit. Nam cùm rectum ſui & obliqui ſit index, vt initio ſecũdi docuimus, & in vno quoq: rerum genere quod perfectiſſimum eſt, idem ſit ſimplex ac vnicum. Id ſi cognoueris, alia ei cõgeneria aut etiam arte affinia nullo negotio ſecreueris.

SIM-

SIMPLICIS ALICVIVS NOMINE ABSOLVTE SCRIPTO, QVID ACCIPIENDVM.

IAM tradamus ſimplicis alicuius nomine ſcripto abſolutè & ſine determinatione ſexus, coloris, magnitudinis, figuræ, loci, temporis, vel notarum probitatis aliarum, vel partis eius ſimplicis, radicum, foliorum, florum, ſeminum, &c. quòdnam ſit eligendum: nam pro variis ſcopis varia, ſed in ſcopos efficaciora deligimus: Quam in rem te iuuabit noſtra ſimplicium per locos communes deſcriptio. Quæ enim radicibus ſolis ſunt efficaces plantæ, illarum nomine radices veniunt: quæ foliis, floribus, fructibus, ſeminibus, cortice, ligno, liquore, ſucco, gummi, ſunt vtiles ac medicamentoſæ magis, dum plantæ nomen effertur, partē eius vſurpari ſolitam elige. Quum verò pluribus ſuis partibus ad res etiam varias valent, quibus ſit opus conjecta ex partium illarum facultate & affectus natura, & medicamenti conſtituendi forma, vt ammi, aniſum, apiū, carum, onicus, cuminum, gith, lybiſticum, naſturtium, pſylliū, ſeſeli, ſtaphis agria, ſemine ſunt præſtantiora, idq. ſolum illarum nomine intelligendum, in aliis multis ſimiliter.

Aniſum, Cretenſe, lib. iiij. ſanit. tuend.

Agnus, id eſt, flos eius aut ſemen, licet folia etiam ſint vtilia.

Agaricus albus & femineus.

Aloë, id est, succus eius, aloë Indica lib. 9. simplicium in diphryge.

Alumen scilicet scissile, quia præstantissimũ, lib. compos. pharm. gen. primo.

Acetum, ex vino, non hydromelite vel cereuisia.

Aristolochia, pro re proposita explicanda est: rotunda enim cùm multùm tenuare crassum humorem, tergere vlcera, digerere ex vtero; longa autem, cũ mitiora hæc volumus. Clematitis autem quia fragantior in vnguentis expetitur.

Amomum, Scythicum lib. 8. comp. phar. part.

Ammi, Illyricum, lib. 9. eiusdem. Ægyptium alij laudant.

Balsamum, opobalsamum potius intelligendum, quàm carpobalsamum aut xylobalsamum, lib. 2 comp. phar. part.

Bryonia, alba, quia efficacior, quàm nigra.

Buglossum, vtrumque foliis & flore efficacius, radice tamen non inutile.

Casia vel cassia in libris Græcorum. Cassia syrinx optima, & cinnamomo viribus & toto habitu finitima. In libris Arabum eadem lignea dicitur: altera verò fistula his dicta ponitur, cùm medicamentum est purgatorium.

Cardamomum, maius.

Capparis, cortex radicis.

Centaurium, minus in purgantibus medi-

medicamentis: in ceteris maius dictum à facultate multiplici & efficaciore.

Calaminthe montana, quia efficacior quàm domestica.

Costus, amarus, cùm subamarus & valde acer solum nominetur, dulcem tamen nescio quem Arabes inuexerunt.

Cypressus, id est, nuces eius in astringentibus medicamentis: lignum aut folia in diureticis.

Cinnamomum optimum, de quo in simplicibus abundè.

Corallium, rubrum.

Cuminum, Æthiopicum, lib. 4. sanit. tuend.

Daucus, agrestis, nam satiuus pastinaca est, alimentum verius, quàm medicamentum.

Elleborus, niger Mesuæ, quia salubrior: albus Galeno Aph. 1. lib. 5. Obserua igitur an compositio sit Arabica aut Græca. Elleborus vterque & helenium ex locis editis præstant.

Eruca, siluestris quia efficacior hortensi.

Epithymum, Atticum melancholiam ex ventriculo purgat: id in Græcis compositionibus vsurpandum, in Arabicis Arabicum.

Fœniculus, semẽ, sed in collyriis succus foliorum aut radicum.

Galla solida, efficacior quàm perforata.

Gummi, Arabicum; id enim omnium perfectissimum, vel Plinio auctore.

Gluten, mastiche, ceteris glutinis efficacius, vt vitrū etiam glutinet, quibusdam intelligitur: aliis ichthiocolla: aliis taurocolla magis placet glutinis nomine.

Hyssopus, montanus hortensi melior, vt calaminthe montana efficacior domestica. Hissopum Cilicium Dioscor: Creticum verò Archigenes, apud Gal. lib. 8. comp. phar. part.

Hyoscyamus, albus, seu album eius semen, quod tamen interdum exprimitur, frequentiùs tacetur.

Iris radix ireos Illyricæ veteribus, nunc pharmacopolarum ignauia Florentina vsurpatur, cùm illa per Venetos facilè haberi queat.

Lupinus, amarus, nam dulcis esculentus est, vt ille amaritudine per maceratione in aqua depositā.

Lactuca, semen, præterquàm in victus ratione, vbi herba potius intelligitur.

Lapathum, oxylapathum efficacius rotundo.

Lythargyros, auri, tamen lithargyros chrysitis aliquoties in lib comp. phar. Gal. legitur.

Mastiche, Chia; lib 7 met. & alibi passim. Ægyptiam tamen ac recentem ob id pinguissimam laudat, lib. 2. ad Glaucon.

Marrubium, album præstantius nigro.

Mel,

Mel, apum: alterum, aëromeli seu mel aërium & roscidum.

Margaritæ, solidæ meliores perforatis, nisi etiam sint flauæ, obscuræ, solidis pares.

Medulla si non additur cuius animalis, & valens futurum est medicamentum, ceruina miscenda valentior, quàm vitulina, lib. 6. comp. phar. part.

Nuclei, pini, oliuæ. dactyli autem Auicennæ.

Oleum, oliuum, ex oliuis expressum.

Opium, Thebaicum, Galenus lib. 7. simpl. & post eum omnes.

Petroselinum, Macedonicum & in hoc Astreoticum, & huius semen maximè in vsu est, lib. 8. com. phar. part.

Pruna, si aluus deiicienda est, Damascena, & Hispana seu Iberica, hodie Augustana & Cathalaunica Italis dicta, sunt multò præstantiora, vel si qua his similiter sunt pinguia, dulcia. Si ad cohibendum & astringendum fit medicamentum, Damascena immatura, vel potius quæ Iorana nobis dicuntur S. Juliani & Turonica.

Papauer album, semen.

Piper, album, quia acrius, & linguam magis pungit, quàm nigrum, à quo per aduſtionẽ vis exhalauit, Gal. lib. 8. simpl. sed album id maturum intellige. Nam album ex macropipere in racemũ granatim dehiscente, recens factũ, minus

acre, & macropiperi facultate proximum, quale apud Serapionem est accipiendum.

Pix, liquida in suppurantibus & tergentibus: sicca, in siccantibus vnguentis epuloticis & glutinantibus, Galen. lib. 7. simpl.

Pæonia, mas seu eius radix vel semen, Manardus ætatis nostræ medicus longè doctissimus in epistolis.

Polypodium, quercinum vulgò vsurpatur: murale, & à saxis prætulerim cum Narbonensibus quibusdam, quod frequentissimum, & pro quercino omnes venditant, nisi si quando astrictione opus est, qua ratione hederam quoque quercinam nonnullis expeti audio.

Quatuor emollentia { *malua*, *althæa*, *viola nigra*, *acanthus, id est, branca vrsina.*

Quatuor semina { *Frigida* { *Maiora, melonũ, cucumeris, cucurbitæ, citrulli.* / *Minora, lactucæ, portulacæ, intubi, cichorij.* / *Calida* { *Maiora, cumini, carui, anisi, fœniculi.* / *Minora, apij, dauci, ameos, amomi.*

Quinque radices vreticæ, apij, petroselini, asparagi graminis, ruscí.

Resinarum primas non iniuria meruit lentiscina, id est, mastiche: inter alias verò

verò præfertur terebinthina, quia melior quàm colophonia, & fricta dicta, aut illius loco ponitur laricea dicta, terebinthinæ propè ſimilis, Galen. lib. 1. comp. phar. gen. Recentioribus verò pinea intelligitur.

Ruta, folia rutæ agreſtis: Græcis verò folia rutæ domeſticæ. Illam verò & illius ſemen, moly, vel heſanum, vel heſaſa, vel cum Syris, apud quos naſcitur, Hermola fere vocant.

Roſa, rubra recens in purgantibus, ſicca in aſtringentibus.

Raphanus, ſilueſtris.

Roſmarinus, folia; interdum flos, quem neſcio cur hodie vulgus ἄνθος, id eſt, florem abſolutè appellet.

Rhus, cortex fructus ſumach dicti.

Stœchas, Stœchados Arabicæ flos.

Styrax calamite: nam liquidus vulgò dictus eſt myrrha ſtacte, ſi verus ſit.

Santalum, flauum.

Spicæ nardi, Indicæ.

Sulfur ἄπυρον, id eſt, ignem non expertũ ſeu viuũ, eſt nobiliſſimũ, ad quædam extinctũ ceu nobis familiarius præfertur.

Σχοῖνος, id eſt, iuncus: pro ſchœnu anthos.

Tres flores cordiales, { *violarum* / *bugloſſi* / *boraginis*

Thymum, Atticum, aut ex editis locis & ſiccis, lib. 4. ſanit. tuendæ

Viola nigra seu purpurea, vulgo Martia & quadragesimalis, quòd in ea tempora flos ferè incidat, & eadem recens si haberi potest: nam sicca inefficax.

Zizipha, id est, iuiubæ, recentia & bene matura, aut saltem integra, non putria aut vetustate exucca, quod illis post sextum mensem ferè accidit.

Si quæ singula in singulis regionibus sunt præstantissima & laudatissima.

Alumen, Milesium.

Agaricus, Ponticus Andromacho iuniori in Theriaca.

Myfi, Cyprium.

Nitrum, Berenicium.

Sinon, Syriacus.

Cuminum, Hispanum, alibi: Æthiopicum, melius Ægyptio.

Anisum & Thymum & alia plurima, Cretica, lib. 4. sanit. tuend in diatrion piper, & diacalam.

Meon, Hispanum & Macedonicum.

Aristolochia, Pontica, & hac melior Cretica, lib. 10. comp. phar. part.

Phu, Ponticum.

Castorium, Ponticum.

Daucus, Creticus, semine & radice bonus: ceteri solo semine.

In Dicæarchia, quæ nunc vocatur Puteoli, ærugo, cerussa, æs, squama æris, & alia nonnulla. Romæ argenti spuma fit optima, ex Sicilia item, magna Libya & Creta

Creta quotannis multo præstantissima Romam afferebantur.

Hucusque Siluius.

DIARIVM PHARMACORVM PARANDORVM ET SIMPLICIVM LEGENDORVM, A MATTHIA LOBELIO collectum.

IN vniuersum annum optimè instructurus officinam Myropola per dies & menses operariis famulis & officinæ caculis iniungit quæ facienda sunt; quia nonnulla medicamenta omni tempore parari nequeunt: quorum quidem aliqua si concinnari possent; tamen non debent, quia omnia simplicia suo tempore & in summo virium vigore (vt scitè Dioscor. & Gal. docuere) colligenda, recondēda, præparanda, & aliis miscenda. Nonnulla verò quouis anni cardine, solo & cælo, vel minori sūptu præparantur & miscentur. Exemplo igitur sūpto ab iis qui opera locarūt, exordiū sumemus.

IANVARIO.

MENSE primo & anni primis diebus perlustranda quæ supersunt valida & integra in officina; vt vitiata, cariosa, antiquata & deprauata & putrefacta abiiciantur; vt & quæ desiderantur,

inueniantur, & absumpta restituantur.

FEBRVARIO.

QVAECVMQVE imperata sunt mense Ianuario, fieri possunt hoc & sequenti mense. Et circa finem in regionibus calidis, in quibus omnia præcocia sunt, collige Violas ad syrupi præparationem; Conseruationem siue Conditum, ad Oleum: & ad puluercs cordiales siccatas seruandas; quas & tardius colligere potes vt sicciores sint, & calor maior adsit ad siccandas eas.

Collige item Keyri.

RADICES COLLIGENDI TEMPVS.

Circa finem Februarij, initio Martij, & primo Vere collige radices in varios vsus, priusquam vis in folia erumpat.

Censuit tamen Dioscorides omnes incipiente foliorum defluuio esse legendas, & cælo sereno, cui in quibusdam Gal. Auicenna & Mesues consentiunt, in aliis diuersa sentiunt.

MARTIO.

RADICES quouis anni tempore colligi possunt quæ hominum cultu & satione crebra in omnem anni partem vegetæ incidunt: quales ferè sunt hortenalimentosæ. vt,

Apij vulgaris
Buglossi vtrinsque
Betæ
Lactucæ
Intubi
Oxalidis
Raphani
Napi
Pastinacæ
Sisari
Cepæ
Porri
Allij.

Et præter has erraticæ,] — Danci, Gingidij, Caucalidis, Ari, Dracunculi, Cyclaminis, Periclymeni, Cotyledonis.

Nam hæ quinque vt bulbosæ quædam aliæ, etiã æstate siccatis foliis plenæ sunt, & frequenter Autumno regerminant, alimenti pinguis & crassi copia.

Siluins. Quæ verò solius naturæ sponte crescunt, aut semel à nobis tempestiuè seruntur aut plantantur; fere sunt optimæ, solo aut vere, aut (vt dixi) autumno, paucissimæ æstate aut hieme. Quin & hæ quas multis anni partibus communes diximus, sunt præstantiores, cùm tempestiuè satæ adoleuerunt & vigent: aliis verò temporibns ignauiores; quando vi quadam & holitoris opera & irrigatione coguntur adolescere sub cælo sibi parum propitio; quale æstiuum est ac autumnale & hiemale. Sic vere ipso quando primùm germinare incipiunt, nobis leguntur in annum:

Ennla — Althæa — Iris
Acorus — Symphytum — Ruscus
Asparæ-

Asparagus
Petroselinum
Apium palustre
Fœniculum
Bryonia
Agrimonia
Meum
Phu
Cyperus
Rubia, quæ potius autumno
Saxifraga
Eringium
Tormentilla
Pentaphillon
Pæonia vtraq.
Polipodium
Gramen
Lilium
Alni nigræ radicis cortex.
Hyoscyamus
Angelica vtraque
Anonis
Asarum
Asclepias
Bistorta
Betonica
Buglossum
Carlina
Garyophillata
Centaurium maius
Chelidonium vtrumque
Cotyledon
Cynoglossum
Dictamnus albus
Elleborus niger
Esula maior
Farfara
Filipendula
Filix
Filix florida.
Gentiana
Iarus
Aron
Imperatoria
Lepidium
Mandragoras
Narcissus
Nymphæa
Radix canæ
Capnos Plin.
Rubus
Scrophularia
Petasites
Petrosel. Macedon.
Peucedanum
Pimpinella
Pistolochia
Pitiusa
Cortex rad. Populi
Pygillũ Mariæ
Orchides
Raphanus syl. & Rusticanus
Muscus arborũ
Cort. rad. Sambuci
Rad. Ebuli.
Cortex rad. Fraxini
Cortex rad. Lauri.
Cortices arborum.

HER-

HERBAE ET FLORES.

Viola Martia ad
Syrupum
Conſeruam } *in regione temperata.*
Oleum
& cordiales confectiones.
Keyri.
Aquæ deſtillantur ex violis & herbis hieme vegetis, vt Aqua
Vmblici Veneris
Mandragoræ
Semperuiui
Capill. Veneris.
Adiantum omne,
Aſplenium, Phyllitis.
In regionibus calidis Syr. ex herbis recentibus parari poſſunt, vt:
Capillorum Veneris ſimplex & compoſitus
Grana hederæ arboreæ
Oculi Populi.

APRILI.

Quæcumque omiſſa Martio menſe, initio Aprilis parari poſſunt.
Keyri Primula Veris
Narciſſi flores ad oleum
Cochlearia Orchides Saluia vita.

MAIO.

Quæ prætermiſſa ſunt menſe Aprili, fiant initio Maij.

Diſtil-

Distillentur herbæ quæ ad statum peruenerunt.

Herbæ quæ iam caulem producunt, & semen edunt illo mense, conseruantur ad Theriacam vel aliam compositionem. Reponantur in altiori parte domus.

Vnguenta ex succis fiunt.

Emplastra ex succis herbarum parantur.

Conseruationes ex plantis.

Colliguntur.

Abſinthij coma ad conſer.
Eupatorium ad ſuccum.

Paludapium	*Plantago*	*ſuccus*
Daphnoides	*Lupulus*	*Limonium Germanicum*
Cichorium	*Tamariſcus*	
Fumaria	*Thlaſpi ſemen*	*Sem. Pyrolæ*
Geniſtæ flores	*Vinca peruinca*	*Ophioglosſum*
Lactuca ſyl.		
Serides	*Bugulæ*	*Pulmonaria vtraque*
Lens paluſtris	*Aſplenium*	
Leucoia	*Phyllitis*	*Roſæ*
Lichen	*Borago*	*Roſmarini flores*
Mezereon	*Bugloſſum*	
Napi ſemen	*Burſæ paſtoris*	*Flor. Sambuci.*

IVNIO, & initio IVLII.

Abrotonum	*Althææ flores & folia*	*Artemiſia*
Agrimonia		*Aſari folia*
Alchymilla	*Anethum*	*Ballotæ*
Altercum, ſive Hyoſcyamus	*Anthemis vtraque*	*Calamintha montana.*

Calen-

Calendula
ſtillaticia
Cardnus benedictus
Caſsitha
Centaurium minus
Chamædrys
Chamæpitys
Roſæ in regionibus temperatis
Syr. Roſ. cõſer. oleum, vnguentũ, ſuccus
Betonica
Braſsica marina
Botrys
Branca vrſina
Cari ſemen
Coriandrum
Epithymũ & Epithymbra
Equiſetum
Euphraſia
Galega
Geniſtæ ſemen
Gratiola
Hypericum
Hyſſopum
Iacobæa
Labrum Veneris
Laurus
Lyſimachia lutea
Maiorana
Marrubium
Marum
Matricaria
Meliſſophyllum
Mentha
Mentaſtrum
Mercurialis
Millegrana
Nepita
Numularia
Origanum
Papauer
Rhœas
Opium
Parietaria
Parthenij ſiue
Cotula flores
Periclymeni flores, & fructus, & folia.
Petroſelini Macedonici ſemen
Phlomos
Piloſella
Polium
Polygoni aqua & ſuccus
Portulacæ ſuccus & ſtillaticia
Ros ſolis
Ruta vtraque
Sabina
Saluia
Sanicula
Satureia
Serpyllum
Scordium
Verbena
Veronica.

IVLIO.

In regionibus temperatis quæ prætermiſſa ſunt Iunio, facienda.

Quæcumque Solis feruorem requirunt, paranda, vt Theriaca, quæ in cali-

calidioribus regionibus parari solet, Iunio mense, vbi omnia sunt præcocia.

Parantur Trochisci Aliptæ moschatæ, quia molleſcunt Ladanum & Styrax, si Soli exponantur.

Quòd si quis eo tempore hæc neglexerit aut prætermiserit, licebit aquam rosaceam addere calidè; & vi caloris liqueſcant; (sicuti balneo) quod melius est, quia illa longa insolatio exsoluit vires odoratorum.

Apud nos quia semina seriùs matureſcunt, insolatio & fermentatio Theriaces potest iuuari & accelerari in balneo, vel hypocausto.

Colligenda

Absinthium
Abrotonum
Ageraton
Coriandrum
Dauci Cretici semen
Sem. Petroselini
Hydropiper
Pulegium vtrumque
Lauendulæ flores
Liguſtici semen
Sem. Seseli Maſslienſis
Sem. Lithospermatis
Lupinus
Sem. Maluæ
Flores Melilo-ti
Sem. Anethi
Morus
Orobus
Capita & Sem. Papaueris vtriusque
Pſyllium
Ribes
Sophiæ semen
Tanacetum.

AVGVSTO.

Quæcumque neglecta aut omiſſa sunt præcedente mense, fiant Auguſto.

Col-

Collig.

Althææ semen
Sem. Cataputiæ
Cnici semen
Cornus
Cynosbatos fructus
Dauci vulgaris semen
Cucumis Elaterij
Rhamni Carthartici sem.
Polium
Ricinus
Spica Lauendulæ
Tribulus aquaticus
Fraxini semen
Milium
Flos Nymphææ
Petum Melpetì
Omphacium
Prunus syl.
Sem. Sambuci & Ebuli
Momordica
Scordium
Seseli Æthiopici seme.
Sem. Hyoscyami

SEPTEMBRI & OCTOBRI.

Antispodium è Myrto & Cydonio
Cortices Castanearum
Cotonea mala Halicacabum Mespilus
Rhamni cathartici semen
Radices nonnullæ omissæ Vere nouo. vt, Iridum Pæoniæ Acori.

NOVEMBRI & DECEMBRI.

His duobus mensibus, Nouembri videlicet ac Decembri, eadem erit ratio, si modo in eis contigerit eiusmodi cæli temperies, vt radices adhuc validæ nulla vel frigoris vel niuis tempestate concutiantur. nam sæpe iisdem mensibus contingit, vt sine vlla cæli iniuria Pharmacopœis

macopœis quod reliquum est radicũ in hortis remanentium, æquè ac in præcedentibus, colligere liceat.

Sequuntur & nonnulla purgantia medicamenta M. Lobelij.

ALIQVOT MEDICAMENTA COMPOSITA HABERE IN PROMPTV OPERAE PRETIVM.

DOLVM esse si quis compositis vtatur; Villanouanus dixit, vbi in promptu habentur simplicia: Duabus tamen de causis nonnulla composita pharmaca non minus vtilia quàm necessaria sunt. Prima & potissima, quotiescumq; præcipites implicati morbi, eorumdéq; sœuissima symptomata adeò vrgent, vt noua medicamenta, magistralia vocata, repentè per otium cõcinnare nõ liceat. Secunda, quia multæ comprobatæ, & vsu & ratione receptæ compositiones fermentatione egent; vnde noua & optata exoritur facultas; quandoquidem simplicia quouis loco, cælo & solo, ad manum esse nequeunt; ideò quo tempore maximè vigent, in annuum vsum ex his composita nonnulla medicamenta præparari, permisceri & asseruari operæ pretium

pretium est, vt Theriaces compositio, Mithridatica, Philonis antidotus, & hujusmodi His rationibus ductus, quia medicamento purgante indies vtendum, aliquot tuta eaq; pauca pharmaca composita, blando nulloque labore euacuantia, singulis humoribus dicata, nobis elegimus; quibus diu felicissimè vsi sumus, & ex duabus tribúsve compositionibus vnam fecimus, ne mole & copia compositionum obruamur; quæ diu in officinis asseruari solita, sæpe putrent, non sine Pharmacopœorum & ægrotantium dispendio.

CHOLAGOGVM ROSATVM

CLEMENS, OMNI AETATI VTILE, *ori, ventriculo & visceribus gratum, febribus & effectibus biliosis aptum. Respondet Electuario Rosato, & Elect. è Prunis solutiuo.*

℞. Succi Rosarum rub. ʒ xv.
Sacchari albi ʒ xxx.
Mellis candidi despumati ʒ vj.
Prunorum ʒ xx. quæ exhibent pulpæ solidiusculæ ʒ xvj.
Passularum à stipitibus mundatarum ʒ xij. quarum pulpa solidiuscula est vnciarum vj. Pruna & Passulæ coquantur seperatim ad mollitiem ex decocto sequenti, & per setaceum cernantur.

℞. Cichorei totius
Boraginis Acetosæ
Polytrichi, vel Adianthi } ana m. iij.
Endiuiæ
Hordei integri m. j.
Glycyrrhizæ mundæ ʒ j. ß.
Florum violarum
Boraginis ana m. j.
Anisi ʒ iij

Fiat omnium decoctio in s. q. aquæ ad ℔ iiij. In cuius colatura coque in vase occluso Pruna & passulas. In residuo infunde, coque leniter

Seminis Psyllij
Quatuor seminum frigid. maiorum
Sem. Lactucæ
Oxalidis } ana ʒ ß.
& Portulacæ contusorum

Dissolue G. Tragacanthi ʒ j. ß.
Saccharum, Mel & Succus rosarum coquantur ad Electuarij solidiusculi consistentiam: deinde pulpæ & emulctiones seminum addantur, iterumq; coquantur lento admodum igni; tum demum inspergepulueres.
Cinnamomi electi ʒ ß.
Santalorum rub. ʒ j. ß.
Santal. alborum ʒ vj.
Garyophyllorum
Succulorum vel foliorū Lentisci } ana ʒ j. ß.
vel Garyophyllorum ʒ ij. ∋ j.
Macis ∋ iiij.

Adde denique singulis lib. siue ʒ xij. huius

huius Electuarij, Scammonij optimi ʒ j. cocti in ʒ j. ß. Succi rosarum lento igne vel cineribus calidis, quemadmodum coquitur à Mesue in suo Elect. Rosato.

Tota compositio est librarum v. & ʒ v. Dosis à ʒ iij. ad ʒ iiij. v. & vj.

Si velis minus purgare, vtere minori dosi, medicamenta enim validiora minori dosi assumpta, debilia sunt.

EXTRACTVM MELANAGOGVM SANGVINEM DEFECANS, & seroſa excrementa euacuans, omnibus cutis & cuticulæ vitiis, lepræ & elephantiasi conueniens, siue à bile, siue à pituita salsa. Spleneticum & Hepaticum medicamentum efficax.

℞. Succorum rosarum rub. defecatorum ℔ ij.

Suc. fumariæ
Lupulorum
Boraginis
Pomorum dulcium
Mercurialis
Endiviæ vel Cichorei
Vini albi
} ana ℔ ß.

Quibus decoque sequentia in balneo operculo occluso.

℞. Polypodij recentis, & adhuc viri-

dis è quercu vel fraxino ℥ vj.
Foliorum Senæ mundatorum ℥ ix.
Summitatum & florum Thymi,
Cassithæ
& Absinthij } ana ʒ vj..
Radicum Lapathij acuti virentium
Helenij Ebuli, vel
Corticis radicum Sambuci
Corticis rad. Fraxini
& Populi nigri } ana ℥ j. ß..
Capillorum Veneris vel Polytrichi
Asplenij Chamædryos
Chamæpityos } ana m. j. ß..
Florum Chamæmeli Romani
& Cotulæ fœtidæ siue Parthenij ana
m. j.
Seminis Cnici ℥ iij.
Sem. Anisi
Fœniculi } ana ʒ vj.
Carui
Contusis, infusis, decoctis, expressis & transcolatis infunde
Agarici candidissimi & leuissimi
Hermodactylorum, &
Pulpæ Colocynthidis ana ℥ j.
Omnium Myrobalanorum ana ʒ ij..
Zingiberis Cinnamomi
Schœnanthi Macis
Galangæ Caryophyllorum } ana ʒ j.
Iterum expressis & defæcatis percoquantur lento admodum igni cum mellis candidi ℔. tribus ad mellis vel Electarij liquidi crassitudinem. Addendo

do singulis ℔. Scammonij præparati vel cocti in succo Rosarum, vt antè diximus, ʒ ß. pul. Gummi Arabici ə j. Dosis à ʒ iij. ad ʒ iiij. & vj.

Extremis morbis adjiciuntur vniuersæ compositioni
Hellebori albi
& nigri ana ʒ ß.

CATHARTICVM HYDRAGOGVM.

℞. Radicum Graminis ʒ vj.
Rad. Asari ʒ j.
Granorum Hederæ arboreæ ʒ iiij.
Garyophyllorum Galangæ tenuis
& Cinnamomi ana ʒ ij.

Coquantur ex arte, vt dixi modò in s. q. aquæ mulsæ, & ℔ j. vini albi, ad ℔. j. Colaturæ adde Succorum rad. Iridis & Brassicæ marinæ ana ℔. ß.
Succorum Chamælææ densatorum, vt docuimus
& Thymelææ capite de Chamælæa, ana
ʒ iij.

Vel eorundem vice in regionibus frigidis quæ carent vel non abundant Chamælæa Thymelæa, sume
Extracti Laureolæ vel Gratiolæ ʒ j.

Percoquantur igni lento cum saccharo ℔. j. ab igne vbi abstuleris, adde

pulueris radicis
Mechioacæ ʒ j. ß.
Tartari albi ʒ ß.
Macis ʒ ij.

Datur ex aqua Graminis & mulsa à ʒ iij. ad ʒ iiij. cum pari quantitate Melanogogi.

DIACNICVM CVM CITRO SOLVTIVVM PHLEGMAGOGUM & Hydragogum, quartana febre affectis, vt si quod aliud, vtilissimum. Respondet Diacarthamo & Electuario è Citro solutiuo Monspelliensium.

HAEC Compositio à Cnico siue Carthamo nomen accepit, tamquam præcipuo agente: meritò igitur ʒ iiij. Medullæ seminis Cnic. cum Rondeletio legendum, pro ʒ iij. (vt depravatè habent omnia exemplaria) censemus. Ad hæc Cnici semen omnium viscerum obstructiones reserat; colluuiem propellit, & pituitam purgat egregiè.

Recipit autem Medullæ seminis Cnici ʒ iiij. vel eius loco sume seminis Cnici boni & pleni ʒ xiij. ʒ vj. ϑ ij.
(ex ϑ j. autem seminis habebis ℊ vj. medullæ)

Contundantur, & fiat emulctio ex aqua mulsa, vel iure gallinacei, vt docet Dioscor.

Conser. Corticis Citri * melle conditi — *ad detersionem pituitæ.
Conser. Violarum &

Flo-

Florum Boraginis ana ʒ x.
Carnis Dactylorum vino albo maceratorum ℥ j.
Pul. ſpecierum Diatragacanthi frig. ℥ j. ß.
Turbith ℥ j. ʒ vj.
Diagridij vel Scammonij ℥ ß.
Zingiberis albi ʒ ij.
Hermodactylorum ʒ iiij.
Spiritus Aniſi, vel
Fœniculi Cochlearia tria
Mellis optimi deſpumati ℥ xij.
Sacchari albi ℥ xx.
Terenda terantur & permiſceantur.

ANTIDOTI DIAPHOENICIS MESVAE EMENDATA DESCRIPTIO.

℞. Dactylorum Cheyron, id eſt, è Chayro oppido, non Cirrhon ſiue fuluorum, vt malè ex Græco vertit Ruellius, nonnullas officinas ſecutus. ℥ xij. & ß.
Macerentur vino * albo loco tepido ad mollitiem, terantur, cernantur per cribrum. *Rondel.
Pinearum non penidiorum aqua hordei mundatarum & infuſarum ℥ v.
Turbith optimi ℥ iiij. ʒ iij.
Amygdalarum dulcium purgatarum ℥ iij. ʒ vj.
Scammonij ℥ j.

Zingiberis *Piperis longi*
Cinnamomi *Macis*
Galangæ *Xyloaloës*
Foliorum Rutæ ſiccorum } ana ʒ ij. ß.
Aniſi *Fœniculi*
Dauci Cretici, vel eius loco Cari ſemen aromaticum.

Probè trita omnia excipiantur libris tribus Mellis deſpumati ex infuſione vini Dactylorum & aqua Hordei, in qua poſt lotionem Pinei & amygdala macerata ſunt.

Tota compoſitio eſt ferè lib. v. & ℥ xj. Doſis ab ℥ ß. ad ʒ vj.

ELECTARIVM INDVM.

Diſſuadet præparationem Electarij Indi noſter Rondelletius; quia non multum differt à Diaphœnico. Adſtringentia & attenuantia Electuario Indo addiderunt, quæ deteriorem potius compoſitionem fecerunt, & deprauarunt, vt exploranti facile patebit.

LENITIVA è CASSIA *medicamenta.*

E Caſſiæ Ægyptiæ ſiliquis à diuerſis auctoribus multa & varia medicamenta lenitiua deſcripta; minimè paranda aut diſpenſanda cẽſentur, quia vel aceſcunt vel exiccantur, & eorum laxandi vis deperditur.

FLOS

FLOS CASSIAE.

E Casiæ recentis & prægnantis fistularibus filiquis pulpa elicitur, quam florem Casiæ & Casiam extractam vocant: Sed cùm Casiæ siliquæ siue fistularis recens pulpa melius asseruetur in sua theca, quàm excreta; quid extractione ante vsum opus est? Triplex Casia extracta in officinis prostare solet. Casia extracta sine Sena & cum Sena; Cassia extracta cum Manna; Cassia cum saccharo & cum melle pro clysteribus & pauperibus. Si præscribaturà medicis, paretur hoc sequenti modo.

CASSIA *extracta communis Nicolai.*

℞. florum Violarum
Violariæ siue foliorum violarum,
Maluæ,
Mercurialis, Betæ,
Parietariæ ana M. j.
Absinthij pontici siue vulgaris M. s.
Herbæ istæ virides coquantur artificiosè in s. q. aquæ, è cuius colato ablue siliquas Casiæ; & dilue in eius portiuncula pulpæ Casiæ ℔ j. Mellis ex reliqua colati parte despumati ℔ ß. percoquantur lento igne ad electarij formam.

DIACASSIA cum MANNA non multum

multum differt à Diacatholico, nisi Sena, Rhabarbaro & Polypodio.

DIACATHOLICON *Nicolai, vel potius è Dia-catholico liquamentum.*

Huius vniuersalis medicamenti varia est descriptio. Exemplaria vulgata habent pro pulpæ Cassiæ & Thamar. Indorum ana ʒ duabus sacchari ℔ ij. id est ʒ xxiiij. Andernachus autem pro ℔ ij. sacchari addit Cassiæ & Thamar. Indorum ana ʒ viij. Rondelletius verò ʒ vj. mediocritate fretus. Hoc Catholicon lene siue mite in suauissimam & leniſſimam, cum Cassiæ operatione maximè conuenientem compositionem, redegimus: quam è Diacatholico liquamentum diximus; neglecto Diacatholico maiore Fernelij, quod recipit Turbith & Diagredium, ab his benignis medicamentis & intentione Nicolai multum aliena. Paretur ergo in hunc modum.

℞. radicum filiculæ siue * Polypodij recentium, fol. Senæ mundatorum ana ʒ xvj.
Glycyrrhizæ rasæ
Anisi ana ʒ ij.
Seminis fœniculi ʒ j.
Foliorum violarum M iiij.
Florum violarum M j. ß.

4or seminum frigidorum maiorum ana ℥ j.

Contusa omnia, dempta Sena & seminibus frigidis, floribusque violarum, 24. horas vel biduo aquæ pluuialis ℔ v. vel q. s. madefacta, decoquuntur leuiter ex arte in balneo Mariæ; mox paulo antequam ab igne deponantur, Senam adjiciunt cum seminibus frigidis & floribus violarum, maceranturque calidè aliquot horas in balneo. Vbi tantisper refrixerint, linteolo excolantur & leuiter exprimuntur, ne Polypodij & Senæ vis astrictoria eliciatur. Colatum iterum decoquitur, dum mellis crassitudo fiat, adiectis sacchari boni subrubri, perdulcis, vel albi pinguis ℔ iiij. Postea ab igne remotis adde floris Cassiæ vapore decocti præscipti extractæ & Thamar-Indorum ana ℥ vj. sacchari candi & Penidiarum ana ℥ j. ß. succi vel infusi ros. ℥ iiij. æstate addi poterit decocto libra vna succi Mercurialis defæcati & purificati, & pro diuitibus in singulas ℥ scrupulus vel ℥ ß. Rhabarbari selectissimi.

*Polypodij magma aut crassamẽ- *Rond.*
tũ; quia copiosos flatus gignit, ventrem lædit, eumq; magis obstruit quàm reserat, leuiter Polypodium decoquendum iussimus, vt efficacius suas vires, easque suauiores, exuat. Decoctionem enim mediocrem sustinet, quemadmodum

dum Sena & Turbith, vti monuimus in noſtris ſtirpium Obſeruationibus Latinis: Pondus eius etiam adauxi, quia vili emitur pauperum commodo ; longeque maiori pondere in decoctis, vti Sena, & alia permulta, quàm in ſubſtantia, vt vulgus loquitur, aſſumitur.

Aliqui omittunt Saccharum penidiarum, leui incommodo, quia Penidiæ parantur ex ſaccharo pingui, leniente.

ELECTARIVM LENITIVVM.

Elect. Lenitiuum couuenit cum Diacatholico & Diacaſsia, quare eo carere poſſumus. Hæc de Electariis lenioribus ſufficiant, pluribus humoribus, exuſtis potiſsimùm expurgandis idoneis.

DIA-SEBESTEN.

Dia-ſebeſten Montagnanæ bilem tenuem euacuat. In Italia & regionibus calidis magis vſitatum quàm in hiſce frigidis tractibus, vbi raró diſpenſatur, quemadmodum Elect. è Pſyllio Meſuæ, quo etiam carere poſſumus. Recipit copiosè ſcammonium cum trochiſ. è Spodio vel antiſpodio, ex Oxyacantha, trochiſ. Diarhodon, quò Scammonij vires remiſsiores ſint, & alui fluores diſpendioſæ vitẽtur. Pro hiſce inuſitatis electariis medicus doctus facilè cholagogum roſatum decocto conuenienti ſiue è myxariis ſiue è Pſyllio,

Fumaria,

Fumaria, Epithymo, Eupatorio, Rhabarbaro & huiusmodi pro ratione & natura morborum diluit.

ELECTARIVM è Succo Rosarum Nicolai fortissimum est cholagogum & minùs castigatum aut emendatum.

Antidotus sive CONFECTIO HAMECH *apud Mesuem.*

Ex veterum antidotis retinent hanc confectionem neoterici ob insignes vires ad omnes morbos ex pituita salsa, flaua bile, adustisque humoribus ortos, & prauos eorum ichores; scabiem, impetiginem, elephantiasim, luem Veneream & quæuis cutis & cuticulæ vitia. Improbandi tamen sunt qui hac compositione vtuntur in pituita crassa euacuanda, ob Myrobalanos, quæ magis impinguant materiam lentam, ex ,,Galeni & antiquorum sententia. Sed ,,quia hæc compositio, vt scitè monet ,,Rondelletius, sine arte composita videtur; & contra theoremata à Galeno, ,,Mesueo & aliis tradita: nam infunduntur diutius & coquuntur maximè inæ-,,qualia, vt Polypodium, Myrobalani, ,,Agaricus, Colocynthis, Rhabarbarum ,,&c. lubuit eius parandi rationem exp li-,,care. Quid enim opus quinque diebus in macerando Polypodio ex sero lactis? cùm nostra ætas ipsum Guaiacum lignum durissimum, eiusque cortices & huiusce-

hniuſcemodi 24. horis aqua tantùm feliciter macerat. Serum autem diutius aſſeruatum facilè aceſcit, ſitum ducit & putret. Octo vel 10. horarum Rhabarbari infuſum (præterquam in alui fluoribus, ventriculi & iuteſtinorum imbecillitatibus, lubricitatibus & leuitatibus à bile alimentis permixta, vbi ſolemus exhibere fortem Rhabarbari expreſſionem & ipſum Rhabarbarum in tota ſubſtantia) commendatur à perbonis medicis, ne vis adſtrictoria eliciatur. Hæc monuimus, vt nonnulli è noſtris pharmacopœis ſint paulò diligentiores in parandis pharmacis, ediſcantque rationem componendorum medicamentorum, quam ipſi modum faciendi vocant.

℞. Myrobalanorum flauarum ʒ iiij.
Cepularum Indarum
Rhabarbari
Epithymi ana ʒ ij
Agarici Colocynthidis
Polypodij querni ana ʒ xviij.
Abſinthij Thymi
Senæ ana ʒ j.
Violarum ʒ xv.
Aniſi Roſarum
Fœnicuii ana ʒ vj.
Succi fumariæ ʒ xij.
Pruna numero ſexaginta
Vuarum paſſarum à vinaceis purgatarum ʒ vj.

Poly-

Polypodium leuiter contusum, cum passulis, Absinthio, Prunis, fœniculo & anisi 24. horas madefactum ex seri lactis asinini vel caprini q. s. in vase oris anguſti obturato, feruefac aliquot leuioribus ebullitionibus: deinde addatur Colocynthis contusa & forficibus incisa cum agarico nodulo laxo excepta; Thymum, Epithymum, Myrobalani, Sena, Violæ, Rosæ & Rhabarbarum macerentur 12. horas, & vnica feruefactione parumper decoquantur, addito succo defæcato fumariæ, quia paucam aut ferè nullam sustinet decoctionem. Cola leniter exprimendo. In colati portiuncula dissolue Mannæ ʒ ij. & coletur. Coque igne tantillo colati reliquam portionem, addita sesquilibra sacchari boni vique dum mellis crassitudinem habeat. mox vbi refrixit, tepenti adhuc syrupo misce Cassiam, Thamar-Indos, Mannam & Scammonij præparati ʒ j. ß. paulatim inspergendo puluerem hunc:

Myrobalanorum flauarum
Cepularum
Indarum ana ʒ ß.
Bellericarum
Emblicarum
Rhabarbari
Seminis fumariæ ana ʒ iij.
Seminis anisi
Spicæ Nardi ana ʒ ij.

TRYPHERARVM *differentiæ.*

Trypherarum variæ sunt descriptiones. Quæ Galeno ascribitur apud Mesuem, recipit multa quibus Galenus nunquam vsus est, vt Moschum, Ambar, Caryophylli, Nux myristica, Macis & Santala.

Tryphera magna Nicolai cum opio parabatur & sine opio, sed cùm opium aufertur, adimenda Hyoscyamus & Mandragoras; cùm non minus sterilibus mulieribus aduersentur quàm opium.

Est & alia Tryphera minor ad differentiam maioris ex arte Phenonis. Item Tryphera moschata Mesuæ &

Saracenica duplex { *Mesuæ* / *& Nicolai.*

Trypheram Persicam Mesuæ, quia apud multos vsu recepta & à medicis Rhotomagensibus & Rondelletio comprobatur in refrigerando ventre, eodemque relaxato confirmando & roborando, omnesque humores ferè euacuando cum astrictione & refrigeratione, sine vlla ventris læsione, retinuimus; delicatis & imbecillis tutiorem futuram quàm Antidotus Hamech; ob Diagredium & colocynthida: quamuis validiora medicamenta miteſcant cum alijs in pauca quantitate exhibita. Sic enim paratur.

℞. Suc-

℞ Succorum Solani
Endiuiæ ſatiuæ
Apij defæcatorum ana ℔ ij.
Succi Lupulorum ℔ j.
Prunorum Damaſcenorum numero I.
Violarum recentium ʒ iij.
Foliorum Sennæ
Myrobalanorum Citrearum
Cepularum
Indarum confricatarũ in oleo amygdalino dulci } ana ʒ ij.
Agarici ʒ j.
Caſſithæ ʒ ß.
* Epithymi ʒ v. *pro ʒ 4. Epithymi, vt in ve-*
Spicæ Nardi In- *teri exemplari legitur, Cordus,*
dicæ ʒ iij. *Antidotarium Florentinũ &*
Feruefac pauliſper, *alij non nulli ʒ 40. legũt.*
Succorum autem præſcriptorum ℔ j. Quæ quanti-
tas longè ſuperat omnia huius medicamenti ſimpli-
cia: adde quod calidior foret eius operatio, & ſuccũ
ingredientia vix caperent quæ infundi debent. Sy-
rupus ex Epithymo Meſuæ, cui nomen ab Epithymo
tanquam præcipuo agente ʒ xx. tantum Epithy-
mi primo loco habet.
cola & incolati dimidio diſſolue
Pulpæ Thamar-Indorum ʒ iij.
Pulpæ Caſsiæ ʒ iiij.
Mannæ ʒ j. ß.
Io-ſacchari ſiue ſacchari violati
ʒ xij.
Alteri colati parti adde ſacchari optimi
ʒ xxxvj.
Aceti boni ℔ j.

Coquantur igne leniſſimo, & ſupradictis commiſceantur.

Deinde adde ſequentia in puluerem redacta:

Rhabarbari ſelecti ʒ ij.
Myrobal. Citrinorum ʒ j. ß.
Indorum
Chebulorum ana ʒ j.
Bellericorum
& Emblicorum ana ʒ ß.
Seminis fumariæ
Trochiſcorum Diarhodon
Macis Maſtiches Cubebarum
Spodij vel Antiſpodij è Myrto vel Cydonio
Santali citrini ana ʒ ij.
Seminum Cucurbitæ
Citrulli
Melonum } ana ʒ ij. ß
Cucumeris mundatorum
Aniſi ʒ ß.
Spicæ Nardi ʒ ij.

Tenuiſſimè trita inuoluantur oleo violato, & fiat omnibus mixtis electarium artificiosè.

Pilulæ Aggregatiuæ ex inuentione D. Meſuæ, inter omnes Aggregatiuas potiſsimæ.

Quia omnes humores implicatos è capite, ventriculo, hepate & viſceribus euacuant, Catholicæ vocantur, aut Dia-

Diacatholico comparantur: & quoniam ad multa vtiles, multiqúe vſus quotidiani; eius deſcriptionem damus ex veteri exemplari depromptam.

℞. Myrobalanorum Citrinorum
Rauedſeni ana ʒ iiij.
Succi Eupatorij Meſuæ, id eſt Ageratĩ Dioſc.
Succi Abſinthij ana ʒ ij.
Diacredij ſiue Scammonij præparati ſucco Roſ.
Turbith boni Aloës ana ʒ vj.
Myrobala. Chebulorum Indorum
Agarici candidiſſimi
Colocynthidis
Polypodij ana ʒ ij.
Maſtiches
Roſarum
Salis gemmæ
Epithymi
Aniſi
Zingiberis ana ʒ ß.
Elect. Roſati Meſuæ q. ſ.

In his pilulis hoc reprehenſione dignũ, quòd vulgus pharmacopœorum Cordum, Wecherum & alios ſecutus, tum in ſuperiori Germania cùm & inferiori, pro Eupatorio Meſuæ, Gratiolam, viſceribus impendiò effrenatum hoſtem, ſubſtituunt. Ageratum enim eſſe Meſuæ Eupatorium ſuperabundè docuimus in noſtris Stirpium Aduerſariis.

HIERA AROMATICA, SIVE PILVLAE EX ALOE AROMATICAE.

℞. Aloës succotrinæ aliquoties maceratæ succo Rosarum rub. & exiccatæ in clibano ʒ iij.
Agarici Trochiscati tenuissimè triti ʒ iij.

Cinnamomi
Rad. Asari
Spicæ Nardi
Masticches } ana ʒ j. ə ß.

Caryophyllorum
Macis
Galangæ
Schœnanthi
Xyloaloës
Croci } ana ə iß.

Cum Syrupo è stœchade excipiantur.

PILVRA *iam non excutiemus, freti* D. *Rondeletij Pharmaceuticam officinam mendis innumeris vindicatam, tandem in publicum prodituram.*

Quærenti autem Medicamentorum varia & comprobata genera, eiusdem Rondeletij Remediorum formulæ obiiciantur.

QVIA verò in hisce Aquilonicis plagis tot Seplasiarij, Salgamarij potius quàm pharmacopœi; Barbitonsores, Lithotomi, Circumforanei, Agyrtæ, Ludimagistri, medicamétarij indocti & sacri-

sacrificuli vatri, rapaces & lucri auidissimi, nulla medicinæ parte illis probè peruestigata, per hominum mortes experimenta agitantes, tam repentè hodie Medici aut potius Medicastri fiunt: qui tandem in locum experientissimorum Medicorum irrepserunt; magno ignaræ gentis, rudis & rusticæ turbæ applausu: apud quos sordet, laceratur & malè audit ars Medica diuina, nobilissima & antiquissima, summo ægrotantium dispendio, & tædio proborum medicorum; consultò dataque opera eatenus & parcius attingimus, imò prætermisimus (tanquam nefas plagiumque profanare & perdere artem) medicatos succos siue nobilissima liquamenta, extracta cathartica vocata, quæ longè minori noxa & mole maiori cum efficacia in corporibus egregiè operantur: tamdiu vsquedum leges cessabunt in hos indoctos & inexpertos carnifices, qui se medicos profitentur, vbi aliquot remediorum formulas memoria didicerint, animaduertere.

SVCCEDANEA
QVID PRO QVO VOCANT.

ΑΝπραμόυδρα, *hoc est*, Simplicia, *quæ aliorum facultate similium penuria supponi possunt medici consilio, quæ nomine Galeni circumferuntur, & à Paulo ad verbum*

propè citantur, Galeni non esse hinc liquet, quòd statim ipso initio Galenum citat. Adhæc Anacardij fructus mentionem facit, qui Galeno ignoratus fuit. Postremò multa supponit absurdissima, vt loco Agarici, Euphorbium: pro Serpyllo, Potamogitana; vice Gallæ, sordes gymnasiorum: in locum Polypodij, radicem Chamæleæ aut chamæleontis: pro Polytricho, Absinthium, & alia eius generis plurima viribus dissimilia. Tamen quæ recipienda magis sunt, tum ibidem, tum ex Galeni libris, tum etiam ex Arabibus vtcumque proferemus: vt

Pro Aqua pluuia, supponi potest aqua fontana pura, & ab omni mistione sincera, Galenus lib. 1. comp. pharm. part. in diacodio.

Acatia, succus & caro prunorum agrestium, vel hypocistis, Auic. 2. canon.

Asaro, acori par pondus & dimidium. Carpesium quoque pro asaro & cum asaro, lib. 2. compos. phar. part.

Absinthio, cum Galen. abrotonum: & econtrà pro abrotono absinthium.

Acanthij semine, lychnis, & econtrà ἀνηθωλόφιον.

Acantha Arabica seu Ægyptia herba (quæ sucabæ Serapioni dicitur) acantha leuce nostras eidem dicta bedegar.

Alicacabo, semen solani.

Asphaltho, pix liquida, brutia.

Æthiopicæ oleæ lachrymæ, lachrymarum acaciæ partes duæ; seu pro gummi elemni, gummi Arabicum.

Acoro, ad flatus & hepar ac lienem iuuandum, cu-

mini

mini par pondus, & tertia pars aristolochiæ. Auicenna.
Anchusa, hyacinthus,
Arsenico, sandaracha.
Amylo, sicca farina.
Amygdalis amaris, absinthium.
Aristolochia quauis, una ex tribus aristolochiis, quamcumque habueris. Gal. lib. 3. comp. phar. part.
Adipe vulpis, vrsinus.
Adipe ceruino, anserinus.
Alumine, sal fossitius.
PRO Balaustio, malicorium.
Buccinis, ostrea vsta.
Balsami liquore, myrrha stacte.
PRO Cinnamomo casia aut amomi duplum ad odoris gratiam. Gal. lib. 5. comp. ph. part. in dentifricio. Pro Cinnamomo, duplum optimæ casiæ, vel cum Quinto medico duplum vel multum carpesii, vel certè non paucior casia. Gal. lib. 2. 3. & 8. comp. ph. part. & lib. antid. Quidam carentes Cinnamomo, in vicem eius ponunt æquale pondus ex semine cardamomi. Democrates in Cyphi, lib. 2, antidotorum Gal.
Casia, cinnamomum. Gal. lib. 2. comp. ph. part.
Casiæ cortice, nardus Indica vel malobathri folium vel contrà, lib. 6. comp. ph. part.
Chamæmeli floribus. duplum foliorum & radicum
Costo hodie rarissimo, pyrethri dimidium, vel baccæ cedri, vel radix helcni vel ireos.
Cimolia terra, ex Cimolo una Cycladum, retri-

mentum ferri & molæ simul attritorum.

Cardamomo maiore, minus, & contra.

Calaminthe omnis, mentastrum & pulegium similia sunt facultatibus, ob id inuicem sunt antiballomena.

Croco, crocomagma.

Cypero, iuniperus maior.

Cumino, semen rutæ vel agni.

Clinopodio, heliotropium.

Colocynthide, semen ricini.

Capparis radicis cortice, cortex radicis tamarices vel ericæ.

Cicutæ semine, coriandrum.

Pro Dictamno, elelisphacus vel nepita.

Doronico, dimidium seu duæ tertiæ garyophyllorum. Auic.

Damasonio, eringium.

Pro Elaterio, succus foliorum cucumeris agrestis.

Ebeno, lignum Guaiaci, & contrà. Nam quas vires hodie in ligno Guaiaci experimur, ebeno tribuit Gal. lib. 6. simpl.

Eupatorio Mesuæ, absinthij & asari ana dimidium pondus eius, vt ambo simul mista æquent pondus Eupatorij Mesuæ, ab eupatorio Græcorum diuersi.

Pro Folio, folium garyophylli, nardus Indica, si inuenitur, casia, id est, vulgare cinnamomu, macis, Auicenna 2. canon.

Ferrum, ferrugo, squama ferri: idem propè pollens, & pro se mutuè ponuntur.

Fimo palumbis, fimus columbæ.

Felle suillo, vel perdicis, vel piscium.

Pro

PRO Gentiana, asari, & radicis capparis ana dimidium.

Gongylide, heliotropium.

Glycyrrhizæ succo, æquale radicis eius. Andro. in arter. 15. apud Gal. lib. 7. comp. ph. part.

Gnidio cocco, semen lathyridis, & contrà.

Galbano sagapenum.

PRO Hammoniaco, propolis.

Hermodactylo, in doloribus iunctvrarum folia Anchusæ & dimidium Bdellij.

Hederæ gummi, gummii Persici.

Hyacintho, flos Isatidis.

PRO Iride Illyrica, helenium odoratum.

PRO Lapide lasio, lapis gagates.

Lapide magnete, lapis Phrygius.

Lapide Phrygio, pyrites lapis vel argyrites.

Libihystico, semen staphylini, id est pastinacæ, præsertim agrestis.

Lepore marino, cancer fluuiatilis.

Lanariæ radice, radix veratri nigri.

Lycio, succus radicis centaurij magni, lib. 7. simp. alij succus baccarum periclymeni, auctor libelli Dynameôn, Galeno malè adscripti.

PRO Melle, mel aërium vel saccharum.

Malobathro, casia, vel nardus Indica.

Myrrha Troglodytica, calamus odoratus.

Myrrha, Smyrnium, & contrà. Dioscor. in Smyrnio.

PRO Nasturtij semine, folia eius sicca.

Nuce moschata, par spica.

Nardo Syriaca, iuncus odoratus.

PRO Opopanace, hammoniacum, vel galbanum vel sagapenum, vel bdellium, lib. 2. ad Glauconem in curando scirrho.

Oximo

Ocimo caryophyllato, melissa in affectibus cordis.

Oleo Laurino, pix liquida, licet illo inferior; vel oleum cedrinum, vel cicinum, vel vetus, vel oleum ex lucerna cum cera. Gal. lib. 1. comp. ph. part. vel coctum (sic enim tenuius fit, & veteri ac cicino simile) vel sordes lucernarum luti crassitie. ibidem.

Oleo rosato, violatum, nymphæa, amygdalinum autem loco rosacei boni, id est, ex multis rosis cum oleo omphacino insulso facti, lib. 3. comp. phar. part. initio.

Oleo ricinino seu cicino, rhaphaninum.

Opobalsamo, opocarpasum Gal. vel myrrha stacte, vel liquor myrti.

Oryza, hordei farina.

Oesypo, medulla cervina.

Omphacio, succus rhois, vel vinum austerum.

PRO Pipere longo, album: pro albo, nigrum optimum, id est, grauissimum, & contra 4. sanit. tuend.

Periclymeni fructus drachmis tribus, radicis eiusdem drachmæ tres, lib. 9. comp. phar. part.

Phœnicobalanorum pinguium carnis drachmis tribus, palmulæ seu dactyli tres, aut sex, Gal. lib. 7. comp. phar. part. in arteriac. 15. Andromachi.

Psyllio, lens palustris.

Petroselino Macedonico in Theriaca, alterius regionis petroseliuum, Galen. lib. 1. Antid.

PRO Resina fricta, pix, aut pix brutia, Galen. lib. 9. comp. phar. part.

Rubigine, scoria ferri.

Raphani seminis, drachmis decem, succi eiusdem cyathus

cyathus vnus, Gal lib. 9. com. phar. part.

Roſis, flos roſarum, vel contrà, Gal. lib. 6. comp. phar. part.

Rhoë coriario, rhus obſoniorum, & contrà. Gal. lib. 6. comp. phar. part.

PRO Staphide agria, pyrethrum.

Spodio Græcorum, cinis ſuper fornacem aurariam inuentus melior quàm ebur vſtum, quod neſcio cur hodie Barbari ſpodium vocent.

Styrace, caſtorium.

Sale Indo, ſaccharum candefactum.

Sagapeno, gummi cedri, hammoniacum, reſina picea ſicca.

Spuma nitri, nitrum molle vel aphronitrum. Gal. lib. 3. comp. phar. part.

Sulfure viuo, flauum vel vſtum & purgatum.

Satyrio, ſemen erucæ, vel ſcincus, vel contrà.

Sinapi, cardamomum vel cardamum.

Scammonio, ricinus.

Stibio contuſo, ſquama æris, ſtannum vſtum.

Sepiæ oſſe, pumex.

Serapiade, pæoniæ radix.

Scilla, bulbus.

Struthio, in ſternutamentis elleborus albus.

PRO Terebinthina, larix dicta reſina, ei propemodum ſimilis Gal. 1 lib. comp. phar. gen.

Thapſiæ ſucco, chamæleontis nigri ſuccus, vel naſturtium, vel naſturtij aut erucæ ſeminis pondus æquale, licet illa ſint multò inferiora thapſia. Gal. lib. 1. comp. phar. part.

Tamaricis ſucco, ſuccus ſambuci. Gal. lib. 9. comp. phar. part.

PRO Veratro albo, nigrum.

Viſco quercino, chamæleon niger.
Vino Falerno, aliud quoduis colore fuluum ſubſtantia tenue, vt perluceat, & ſit odorum vehementer, vt Aruiſium ex Chio, Leſbium ex Mitylene, Creſſo, Methymna, & Tmolites; Galen. lib. 1. eom. phar. gen.
PRO Zedoaria, ariſtolochia.
Zingibere pyrethrum.

Ἀνπεαλόμβρα, *vel horum aliqua vel alia, poteſt quæuis regio noua, deſideratis facultate affinia facere, doctorum medicorum conſilio: nam ſi Arabibus & Græcis pro ſinapi Cardamomum forte ipſis frequentius licet ſubſtituere, quidni pro cardamomo frequentiſsimum nobis ſinapi vſurpabimus? præſertim cùm vt pro cinnamomo caſiam, ſic contrà pro caſia cinnamomum aſſumi probauimus: idémque in aliis faciendum puto. Ob id Galenus lib. 7. ſimplicium, meliſſophyllum (inquit) marrubio facultate ſimile, ſed ipſo multò imbecillius, ob id meliſſophyllo vtitur nemo. Nam abſurdum fuerit, præſente vbique terrarum magno marrubij prouentu, vti meliſſophyllo. Si cui verò ad manum non fuerit marrubium, meliſſophyllo vti poterit, obſeruata eius præ illo imbecillitate, vt ob id quantitas eius augeatur. hæc Gal. qua ratione pro cinnamomo duplum caſiæ optimè miſcemus medicamentis, vt quantitate qualitatis imbecillitatem redimamus.*

Quæ igitur apud ſingulas gentes ſunt copioſa, modò ſint facultate proxima his quæ deſiderantur, quia faciliora ſunt paratu, ponantur, vt in Aſia in frigidis capitis affectibus, aut in declinatione

calf-

calidorum, rustici cedrio dicto vtuntur: eius pœnuria pisselæo, id est, pice & oleo mistis liquida forma: interdum etiam cedrio & pisselæo simul magis & minus mistis, prout vires eius intendere student: hoc autem linunt sinciput, nares, frontem, aures, & quibusdam plantam & sedem. Gal. lib. 2. comp. phar. part.

Sed videmur Antiballomenis non egere, qui magna cura iam simplicia generis omnis in promptu habeamus: imò maximè egemus, cùm multa simplicia veteribus laudatissima (vt Theriaces compositio docebit) hodie nobis parum sint cognita. Quæ vbi certa erunt, his vtendum potius quàm antiballomenis. Vt enim pluris est equo domini oculus, quàm equisonis industria; pluris agro domini vestigium, quàm villici stercorisatio; pluris familiæ paterfamilias, quàm procurator, pluris prætor, consul, rex, pastor, quàm proprætor, proconsul, prorex, mercenarius: sic plus tribuendum puto his quæ maiores magno delectu & ratione optima in compositiones cooptauerunt, quàm quæ illorum loco coacti adoptamus. Hæc hactenus ex Iacobo Siluio.

PE-

PETRVS COVDEBERGIVS, PHARMACOPOEO.

LIBELLVM *hunc, Pharmacopœe candide, denuò percurriſſem, atque exactiùs ruminaſſem, loca ægrota reliqua leniendo, ac nubila ſcholiis illuſtrando, extremam illi manum adhibens; niſi otium, opuſculi anguſtia, typographi quoque commoda occaſio, atque immaturæ quodammodo frugis extorſio, perorare me, atque vela ventis committere coëgiſſent. Omnia itaque hæc, cùm obiter ſaltem, ex tempore, & tamquam ex tranſcurſu tibi tradantur (etenim ne tantillum quidem à Pharmacopœo veſtræ farinæ homine, cuius tamen propriè muneris eſt, hactenus noſtro ſeculo prodiiſſe cognoſcitis) æquo ſunt conſulenda animo, dum meliora dare Deus permiſerit.*

FINIS.

DE SVCCEDANEIS LOBELII, IMITATIONE RONDELETII, E CVIVS FRAGMENTIS ET PRAELECTIONIBVS HAEC FERE DECERPTA SVNT.

CVM attentiore lectione animaduertissem vulgatum Succedaneorum libellum, quem nonnulli Galeno, alij Paulo acceptum ferunt, scatere mendis & plerisque locis mutilum esse; vtpote qui ex Græco in Arabicum, & de Arabico sit denuò Latinè versus, aut potius peruersus, à Mauro quopiam, vel Maurogræco, qualis fuit & Actuarius: visum fuit, quæcumque Dioscorides, Galenus, Aëtius atque Paulus litteris mandassent, experimentaque tum veterum tum recentiorum confirmassent, seligere, eaque sic digerere, vt quid alteri cuiuis æquipolleat, studiosis in posterum patêret.

Hunc autem libellum neoterici cuiuspiam esse, vel id plus satis arguit, quòd nonnulla addita inibi sint quæ Galeni tempore ignota fuere, vti Anacardia, aliaque complura: nullo tamen ordine aut delectu, ac sine iudicio. Vt quòd fortè Chamæmelini legerant alicubi, nominis decepti affinitate, Melinum subdiderunt: quàm insciтè, nullus est qui id ignoret: illud enim laxat

 mo-

& moderatè calfacit, hoc vero refrigerat astringitque. Eadem ineptia, quòd fortè Cepæam Portulacæ similem legissent illius vires huius facultatibus respondsuras putarunt. Itidem leporem huuiatilem caucri loco vsurpari; vel, vt alius quispiam correxit, marinum, indoctè, vt qui ignorasse videatur cancrũ alimentum & anthipharmacum esse, leporem verò vel odore solo vomitoriũ & venenum. Nec hoc falsum solummodò, at & discrimînis plenum, cùm loco Opobalsami Opocarpation substituunt, quod venenum frigidum est Dioscoridi, vinoque, vti Cicuta, expugnandum, teste Gal. lib. De antidotis. Verùm si hîc Carpason legamus, vera fuerit lectio, est enim tenuium partium. Cinnamomo item Behen rubrum respondere nequit. Neque placet ordo seriesque collationum: nam olea oleis, non resinis aut aquis sunt conferenda; vt, quoad eius fieri potest, sint simillima. Deinde si non licet ex specie proxima, saltem è genere, cùm abundemus probis remediis. Nec parui facio regionum vbi nascuntur proprietates, veluti Creticarum plantarum, quas Italicis efficaciores puto; nisi squalida admodũ fuerit æstas: tum enim Polium Italicum aut Stœchas non cedunt Cretico aut è Stœchadibus insulis.

Imperitiæ fatuæ est, substituenda præcipere

cipere rarioribus inuentu, ea quibus caremus, aut adulterata, vt loco cinnamomi, amomum. Insaniæ itidem, vbi abundamus lactuca; opocarpatum optare. Licuerit tamen, si qua sint rarius obuia aut minus trita, eorum loco vsurpare viribus similia, vti Terebinthinæ veræ loco, Lentiscum, qui frequentior & feracior est.

Cùm autem succedaneis vti non rarò cogamur, nec enim omne fert omnia solum, nec vbiuis medicamenta opportuna occurrunt, (ruri enim ἀπροσίοις vtendum;, & cùm medicamenta necessaria ad repentinos casus ad manum minimè sint, præsentibus vtendum) eligenda erunt quæ nostris simplicibus substitui possunt, vt Galenum feciſſe legimus, cui Euphorbium cùm ad spicula, aculeos & infixa eximenda deesset, ex aluearijs Propoli pro Eupborbio felici successu vsurpauit.

Succedaneorum verò vsus hodie magis est necessarius quàm vmquam fuit; cùm multis quæ antiquis in regionibus suis exortiuis & exoticis diues & vber prouentus sufficiebat, hodie careamus, tum supposititia Hebræorum & mercatorum vafro ingenio adulterata transuehantur; quæ si reijcienda, alia substituere necesse est. Adhęc pleraq. prisca simplicia medicamenta exoleta antiquitùs notissima & vsitatissima, hodie ignorantur.

Permultæ Arabibus excogitatæ & vtiles inuentæ compositiones, efficacissimaq. remedia in vsum recepta, quorum simplicia barbarie vocum nobis prorsus ignota sunt. Quid enim nominibus illis barbaris significare voluerint, nescimus; aut illis caremus. At in succedaneorum delectu & vsu, pessima illa medicorum consuetudo meritò reiicienda, quæ iam à multis annis inualuit, magno ægrotantium incommodo; qua in compositione remediorum omnia quæ commendata sunt vel ad morbum, vel ad partem affectam, vel aliquod symptoma, congerunt temerè; & cùm omnia similia vsurparunt, haud habent amplius quod pro ea herba aut medicamento substitui possit. Quòd si vna, duabus, vel tribus herbis contenti essent; nunquam succedaneo destitueretur pharmacarius. Sin autem quantitas necessaria foret, pro manipulo adde duos, pro duobus tres vel quatuor. Hinc duo consequentur commoda; certior medicamenti operatio, facilior & citissima præparatio, pluribus remediis & succedaneis summo artis Medicæ ornamẽto abundabit medicus, cui iterare, immutare, supponere pharmaca licebit, & plura quàm vulgus Medicorũ & Clinicæ sapere. Vt si in suo decocto Boraginẽ præscribat; ea si defuerit, Buglossũ agreste substituere vel contra: si Scariola desit, succum sub-

ſubſtituere vel ſyrupũ licebit: ſi Cichorium, Dens leonis, vel Endiuia: ſi Chamæpitys, Chamædrys ſubſtituatur, ſi deſit, vel contra. Sed quid faciet, ſi omnia congerantur in vno eodemque medicamento? certè nihil aliud erit, quàm poëticum illud chaos,

Rudis indigeſtaque moles.

Illud Villanouani ante oculos voluant vbi in promptu habentur ſimplicia, dolum eſſe ſi quis compoſitis vtatur.

A praua igitur conſuetudine recedant, & illos tamquam ſcopulos vitent: caueant item malos, auaros, improbos, indoctos & impudentes pharmacarios, qui nummi & lucri rapaces, farraginem medicamentorum etiam ſemiputridorum collaudant. Quidam hoc faciunt vt copiam oſtentent, vel ignorantia, vel ſuperbia; & aliqui docti, ne videantur in remediorum cognitione minus exercitati.

Porrò cùm ſint quædam compoſitiones vtiles priſcis medicis excogitatæ, experientia & ratione receptæ & comprobatæ, nonnulla ſuccedanea inueſtigare, agnoſcere, & ſufficere oportet, vt parari poſſint nobiliſſima pharmaca, quæ ea ratione minimè excludenda & reiicienda: cùm non tanta infelicitate ſuccedanea quædam illis inferiora interdum æquè bene expleant omnes pollicitationes genuini medicamenti.

SVCCEDANEA, QVANTVM FIERI potest, eiusdem sint generis & speciei.

Rondelet. Herba pro herba.
Radix pro radice.
Flos pro flore,
Semen pro semine.
Succus pro succo.
Lachryma pro lachryma.
Resina pro resina.
Muccago pro muccagine.
Metallum pro metallo.
Lapis pro lapide.
Terra pro terra.
Pix pro pice.
Axungia pro axungia.
Medulla pro medulla.
Auis pro aue.
Serpens pro serpente.
Pars animalis pro parte.

COMPOSITIO PRO COMPOSITIONE.

Puluis pro puluere.
Trochiscus pro Trochisco.
Opiata pro opiata.
Electuarium pro electuario
Pilulæ pro pilulis.
Eclegma pro eclegmate.
Tabella pro tabella.
Confectio pro confectione.
Cõseruatio pro conseruatione.
Syrupus pro syrupo.

Em-

Emplastrū pro emplastro.
Oleum pro oleo; siue simplex, siue compositum.
Vnguentum pro vnguento.

THEOREMA VNIVERSALE VEL COMMVNE.

Medicamentū quod substitui debet, siue internis, siue externis conuenire debet.

- viribus occultis, manifestis, & consistentia.
- Sit etiam simile in
  - Sapore,
  - Odore,
  - Ætate,
  - Natalitiis & regione,
  - Natura & temperaméto.

Nonnulla in externis remediis supponuntur; quibus in internis vti non licet: vt succus Carpathi substitui potest pro Lactucæ succo in externis: cùm tamen venenum sit, non introsumitur.

Non totum simplex; sed aliquæ partes substituuntur.

Vt Muccago seminis Psyllij pro muccagine seminis Cydoniorum: non totū semen, quia pars interior temperamento differt à muccagine, & venenata putatur. Neque etiam Cydonium malum conuenit pro semine suo, quia viribus & consistentia differt.

Formulæ quædam in quibusdam remediis sibi mutuo succedunt. vt,

Conſeruatio, pro ſyrupo eiuſdem ſimplicis, fructus, floris, vel radicis.

Conſeruatio Capillorum Veneris, pro ſyrupo in opiata ſubſtitui poteſt: Sed in ſyrupi conſiſtentia non poteſt, quia remedij formula non patitur.

Pro liquidis liquida ſubſtitui debent: quare deficiente ſyrupo, aqua vel herbæ decoctum ſubſtituatur.

In quibuſdam conditis ſupponere licet ſyrupum conſeruationis; quia in ſyrupo conſeruantur. Vt ſyr. Conſeruationis Citri, pro ſyrupo è corticibus Citri. Syr. Conſeruationis radicis Bugloſſi, pro ſyrupo de Bugloſſo.

Emplaſtris item pro vnguentis vti licet, & contrà, modò pars affecta aſſentiatur, vt Emplaſtro filij Zachariæ, pro vnguento Reſumptiuo; & Reſumptiuo pro emplaſtro. In thoracis verò affectibus, niſi diſſoluantur aut malaxentur, non vtendum, quia emplaſtra impoſita dilatationem coſtarum & reſpirationem impediunt.

Emplaſtrum è Ceruſa, pro vnguento albo, niſi inflammatio prohibeat; quæ neque dura, neque grauia ferre poteſt.

VARIA ALIA MEDICAMENTA PRO ALIIS SVBSTITUERE LICET, *modo vires correspondeant.*

Pilulæ pro confectionibus: & Confectiones pro pilulis. vt,

Hiera simplex pro pilulis de Hiera & Benedicta; & contrà.

Et pro pilulis pituitosis, Electuarium Diacarthami; de Citro solutiuum.

Pro biliosis, Electuarium de succo Rosarum, & contrà, obseruata cuiusque quantitate. Hieræ & similium Electuariorum doses augendæ, ob mellismolem, quæ medicamenti vires minuit.

Syrupus pro eclegmate, si lambendo assumi debeat, vt

Syr. Iuiubarum, pro Lohoch sano & experto;

Syr. è Papauere, pro Diacodio.

Puluis pro trochisco, & contrà, vt

Diarhodon pro trochiscis diarhodon.

Trochisci de Squilla, pro eclegmate de Squilla, aucta vel imminuta quantitate pro ratione, indicatione morbi, & scopo medici.

In simplicibus partes aliquando religiosè non obseruantur:

vt Turbith pro Agarico trochiscato, & contrà. Hìc simplex pro composito ponitur, vel compositum pro simplici.

Pro Agarico Colocynthis in minori

quantitate. Carthami duplum & triplum pro Agarico, & contrà.

Difficile tamen inuentu ſimplex medicamentum ſubſtituendum, quod verè vndequaque omniq́ue ex parte conueniat, vt teſtatur Auicennas in ſuo canone ; vbi vix reperies duo ſimplicia medicamenta, aliorum facultate ſimilium pænuria, ſubſtitui tutò poſſint. Quod cùm difficillimum foret, illi aliquando duo, interdum tria, pari pondere & menſura, nonnumquam duplicato & triplicato, addita quinta aut octaua parte alterius medicamenti, ſupponit. Quia pauciſſima ſunt medicamenta quæ omnino ſimile temperamentum obtineant, aut eandem conſiſtentiam, craſſitiem, tenuitatem partium, & proprietates occultas.

Varius in compoſitionibus eſt medicamentorum vſus.

Vel ob calorem, frigus, humiditatem, ſiccitatem ; in principio primi, in medio & primo gradus, & ſic de aliis.

Vel ob partium tenuitatem, vel craſſitiem, lentorem, ſaporem, odorem, colorem : quare id quod temperamento reſpondet, ſæpe diſſidet craſſitie vel tenuitate partium: vel alia facultate. vt pro Aſaro Acorũ ſubſtituendũ cenſent. At in omni operatione non cõuenit. non enim omnia poteſt Acorus quæ Aſarum. Vrinas quidem & menſes ciet: (quare in

vreti-

vreticis tantùm ſupponendum) vomitum verò excitare, aquasque educere, vti Aſarum, minimè valet.

Eadem ratione Hyacinthus pro Anchuſa ſubſtituitur: Sed ſi ob colorem Anchuſa opus ſit, vt in vnguentis, Hyacinthus non conueniet.

Eius verò loco Lacca ſupponitur, vel Braſilia, Santala rubra, Lacca pictorum, vel Coccos baphica.

Aſſa dulcis pro fœtida non conceditur propter odorem, vt Auicennas ſubſtituit, in affectibus vteri, quia odore iucundo vterum ſurſum alliceret: ſequitur enim odorata, fugit fœtida.

Propter ſaporem quædam vſurpantur ſed non conueniunt vndequaque.

Pro Saccharo Mel & Manna ſubſtitui poterit in quibuſdã remediorũ formulis, vt in medicamentis laxantibus, minimè autẽ in adſtringẽtibus, quia Manna ventrẽ ſoluit magis quàm Saccharũ vel Mel.

Muccus vtilis eſt in fluxu ſanguinis, & ob lentorem vſurpatur Fœnumgtæcum, quod muccaginem reddit, ſed calidam: ideò in ſputo ſanguinis reiiciẽda, quemadmodum in externis remediis, vt Ophthalmia, in qua oui albumen præfertur quidem in principio & incremento: in ſtatu verò & declinatione muccago Fœnugræci commendatur.

Quæ ſupponuntur, non in omni formula remedij ſubſtituuntur.

vt Myrrha pro Bdellio in pilulis & vnguentis.

Sed in pilulis è bdellio nullo modo conceditur, quia sanguinis fluorem & hæmorrhoidarum, vt menses Myrrha, elicit.

In substitutis igitur hæc obseruare oportet, vt suppositiciũ in locum adulterati genuini pænuria; eadem efficiat quod ipsum genuinum præstabat.

Vt si calfaciebat, refrigerabat, hnmectabat vel siccabat, astringebat, vel laxabat, vel concoquebat.

Pro Absinthio simpliciter dicto in compositionibus Græcorum, Seriphium vel Santonicum.

Pro Absinthio è Ponto vel Tauro monte, Romanum.

Pro Romano, illius loci vbi habitas.

Hoc licet in omnium herbarum delectu præstare, quæ sunt alicuius regionis; modò illam ipsam herbam regionis finitimæ, vel saltem simillimæ assumas. Cuiusmodi est *Craux* vulgò Gallo-prouinciæ, siue Creta, vbi Thymus nostras angusto folio, & Epithymus optima & copiosissima.

Secundo loco herbæ regionum humidarum, modò æstas squalida fuerit, in locum calidarũ substitui possunt. Quod feciſſe Galenus docet in præparatione Theriaces.

Pro Macedonico Petroselino, Petroselinum

ſelinum alterius regionis.

Sed regionis ſimilitudinem obſeruare oportet : nam regio auget vel minuit medicamenti efficaciam & bonitatem.

Pro Iride Illyrica, Venetã ſumemus, &
Pro Africana Florentinam.

RADICES.

Rhapontico, Radix centaurij maioris, vel noſtri Rhabarbari magma, ſiue Rhabarbarum ad alios vſus prius infuſum & expreſſum. Rhabarum torrefactum improbatur à multis propter empyreuma.

Zingibere, Coſtus, & contrà, vel Helenium, & Pyrethrum.

Coſto, Pyrethrum.

Ariſtolochia longa, Rotunda, & contrà : vel vna pro omnibus.

pro Acoro, Calamus aromaticus officinarum, & contrà.

Acoro in laxantibus & cientibus vrinas & menſes, Radix Aſari.

Aſaro quando purgare & vomitum ciere opus eſt, Elleborus, ſemen Geniſtæ & Raphani, vel hæc tria ſimul.

Galanga, Cyperus rotundus, & contrà.

Calamo odorato Libani, Schœnanthum, calamus ſiue Acorus officinarum: ſi ad odorem ſolum,

San-

pro { Santalum citrinum officinarum.
Althæa ; radix maluæ hortenſis, vel ſyl.
Aſparago altili; Corrudæ imminuta quantitate, quia acrior & efficacior.
Ruſco; Radix Aſparagi, & contrà.
Cortice radicis Capparis ; Cortex radicis Tamariſci, Sambuci, Ebuli, Populi & Lauri.
Apij; Petroſelini, vel Macedonici.
Gentiana ; medietas Aſari & radicis Capparis.
Turbith; Thapſiæ radix, ſiue Turbith Meſuæ, Agaricus trochiſcatus, vel Colocynthis minore doſi.
Zingibere, Mechin.
Serpentaria, Iarus, Dracunculus.
Lapatho, Oxalidis radix.
Rhabarbaro ad laxandum ; ſuccus Roſarum.
Rhabarbaro ad aſtringendum ; Hydrolapathi radix, vel Galangæ maioris, ſi calore opus eſt ; ſi refrigeratione, radix Biſtortæ.
Nardo; Nardi ſpecies.
Secacul; radix paſtinacæ marinæ. }

SVCCEDANEA QVANTVM FIERI POTEST SINT SIMILIA

omni ex parte, viribus, genere, & ſpecie. vt,

Omnes Danci ſpecies,
Intubi,
Adianthi,
Condrillæ,
Hieracij,
Rumicis,
Abſinthij,
Abrotoni,
Sideritidis,
Aconiti,
Veratri,
Anagallidis,
Anchuſæ,
Anemones,
Aſparagi,
Braſicæ,
Calaminthæ,
Ariſtolochiæ,
Valerianæ,
Bituminis,
Picis Reſinæ,
Allij,
Cepæ,
Chelidonij,
Coſti,
Nardi,
Betæ,
Bliti,
Iuniperi,
Sabinæ,
Cedri,
Rhamni Dioſc.
Myrti,
Piperis,
Cyclaminis,
Ranunculi,
Hederæ, excepta Hederula terreſtri.
Rutæ,
Porri,
Plantaginis,
Panacis,
Paſtinacæ,
Lychnidis,
Seſeli,
Apij,
Roſmarini,
Marrubij,
Leucoij,
Orcheos,
Maluæ,
Polygoni maris & fœminæ.
Symphyti,
Tribuli,
Rubi,
Equiſeti,
Vrticæ,
Tithymalorum,
Mercurialis,
Heliotropij,
Origani,
Coniſæ,
Nymphææ,
Anthemidis,
Verbaſci.

Et denique omnes, niſi quid proditum inhibeat, vt de Clematide, quarum alteram vrere, ventrem laxare, bilem, pituitam trahere ſcribit, Dioſc.

Prior verò alui profluuia & dyſenterias ſedat.

Sic cucumis agreſtis, & ſatiuus, pepo & colocynthis. ſed hæc paucis euenire ſolent.

De partibus etiam obſeruandum, nam aliquæ facultatibus differunt, vt Radix Medij menſes decocta ſiſtit per aliquot dies ſumpta. Semen autem in vino ſumptum menſtrua pellit.

Iuniperi fructus introſumuntur; ramenta verò occidere produntur.

Coriandri herbæ ſuccus interficere creditur: ſemen verò medicatum.

Qua ratione medicos minimè vniuerſalibus, ſed potiùs particularibus niti præſtaret: Nam eorum plerumque eſt maxima differentia quæ eadem eſſe putantur.

Sume igitur.

Pro folio Indo & Malabathro; folia Citri, Canellæ vel Malabathri vulgaris.
Pro foliis Lauri; Citri folia.
Papaueris albi; Solani folia; Papaueris nigri minore quantitate, vel folia Hyoſcyami albi.
Lactuca; Scariolam, & contrà.
Cichorio ſylueſtri; Dentem leonis.
Pro Dyctamni prima ſpecie; ſecundam, tertiam, vel Pulegium.
Calamentha montana prima; ſecundam. & tertiam. Sic de ſimilibus.

Chamæ-

Chamæpity; Chamædryn, & folia Eupatorij.
Malua ſylueſtri; hortenſem.
Malua arboreſcente; Althæam.
Thlaſpi, Naſturtium.
Mentha, Balſamitam.
Pulegio Regalij; Ceruinum & contrà.
Lepidio Pauli Æginetæ, Drabam, vel Iberida, vel Naſturtium.
Phyllitide; Aſplenium ſiue Scolopendrium, Ceterachve, & contrà.

Folijs Oleæ vel Lentiſci } Folia { nucum Iuglandis, Cupreſſi, Pini, vel Pinaſtri.

Folijs Myrti { *Baccas Myrti, vel Iuglandis nuces immaturas.*

Thymo; Satureiam, vel Origanum.
Ruta ſyl. Rutam domeſticam ſiccatam maiori quanitate, vel contrà.
Spica Lauendula; Lauendulæ ſpecies hortenſes.
Adiantho, Saluiam vitam, Polytrichum, Adiantum nigrum Plin.
Telephio; Portulacam.
Portulaca; Vmbilicum Veneris.
Foliis Terebinthi, Lentiſci folia.
Myrto alba; nigram, & contrà.
Foliis Myrti; folia Pyri ſilueſtris, Sumachi, Lentiſci, Cotinos, Sorbi, Cydoniorum.
Foliis Oleaſtri; Oleæ folia.

Folijs Sambuci, Ebuli, & contrà.
Betonica; Verbenacam.
Meliſſa; Marrubium, & contrà: Corticem Citri. (jori doſi.
Apio mõtano; domeſticũ ſiccum in ma-
Cepea, Portulacam.
Nardo montana, Nardum Gallicam.
Philyreæ foliis, Oleæ folia, & contrà.
Foliis Caprifici, Ficus domeſticæ folia, & contrà.
Thymbra: Thymum vel Serpillum.
Coriandri foliis, Petroſelini hortenſis folia in externis remediis tantùm.
Hippomarathro altero; Coriandrum vel Petroſelinum domeſticum.
Foliis Dauci; Paſtinacæ agreſtis vel domeſticæ folia.
Coniſa prima; ſecundam.
Coniſa ſecunda; tertiam maiori quantitate & ſiccatam.
Sanguinalis feminæ foliis; folia maris, & contrà.
Hippuride prima; ſecundam, & contrà.
Semperuiuo maiore; paruum Vmbilicum Veneris, & contrà.
Foliis Labruſcæ domeſticæ; vitis folia minus cultæ.
Chamælæa, Thymælæam, Chamæpityn primam. Dioſc. Laureolam.
Alſinæ foliis, Helxines folia, & contrà.
Vite alba, nigram, & contrà.
Bubonio, ſiue Inguinaria; ſiue Aſtere Atti-

Attico; Antirrhinum, & contrà.
Foliis Sabinæ; folia Cupreſſi, Iuniperi, & Caſſiam.
Dorycnio; Mandragoram, & contrà.
Draguntio; Ari.
Foliis Abietis; Populi folia.
Eryſimo; Erucam, & contrà.
Foliis Hippolapathij, Lapathi folia.
Foliis Piceæ; folia Pini.
Lithyridis foliis; Tithymali folia.
Libanotide ſterili; folia Libanotidis coronariæ.
Lepidij foliis; Naſturtij folia.
Nymphæa alba; luteam, & contrà.
Sorbj foliis; Meſpili folia, & contrà.
Oxyacantha vera; Pyraſtrum.
Foliis Pepli; Tithymali folia.
Pityuſæ foliis, Tithymali folia.
Polygoni maris foliis; feminæ folia.
Filice femina; marem.
Seride; Condrillam.
Smyrnio; Apium aut Petroſelinum.
Solano hortenſi; Halicacabum.
Symphyti Petræi foliis; alterius folia.
Pro beta alba; nigram.
Pro vnius ſpeciei Tithymali foliis; folia aliorum in laxando.
Pro Tragorigano; Origanum, & contrà.
Pro foliis Tribuli terreſtris in refrigerando; folia aquatici; non in humectando.
Pro Hypecoi foliis; folia Papaueris.

Pro Verbasci vnius foliis; aliorum folia.
Pro Spica Indica, Syriaca; Valeriana.
Pro Viticis foliis & semine; Rutæ folia & semen.
Pro Seridis foliis; Lactucæ folia.
Pro Bugloſſo ſiue Boragine latifolia; Bugloſſum anguſti folium.
Pro Soncho læui; Sonchum aſperam, & contrà.
Pro Fumaria; Senam.
Pro Hyſſopo, Origanum, Sampſuchum.
Pro Hyperico; Androſæmum, Aſcirum, Schœnanthum.
Pro Stœbe Dioſc. Stœben herbariorum, Iaceam, Scabioſam, Paſtoriam burſam, Bellides, & Gnaphalia.
Pro Halyca, Auenæ ptiſanam totam.
Pro Amylo; farinam ſiliginis ſiccam.

TA-

TABVLA PRIMA REFERENS CAPSVLAS RADICVM ET CORTICVM.

5	Coſtus.		Cinnamomũ ſiue offic. Caſſia tenuis	Cortex internus nucis moſchatæ	Aſarum	
4	Zedoaria	Galamus odoratus	Caſſia ſiue offic. cinnamomũ craſſum	Nux moſchata	Schœnanthum	pro Cortice thuris
3	Zerũbet	Galanga maior	Phu	Macis	Spica Nardi	Cortex Pini
2	Mequ in.	Galanga minor	Anthophylli.	pro Folio malobathri	Spica Celtica	vel Lentiſci
1	pro Zingibere.	Cypero	Caryophyllis			

Cortic. quercus	Cortic. mali granati.	Cortic. myrobal. Citrinarum
Ilicis	Cortex nucis inglandis	Kebularum
Suberis		Indarum
		Emblicarum
		Belleticarum

In hac tabella primum repoſuimus Zingiber, quia frequentius eo vtimur quàm Mequin (quod ſpecies eſt Zingiberis) ſi fortè alterum pro altero ſumatur, nihil inde mali ſequetur. Zerumbet, Zedoarium & Coſtum in vltimis capſulis repoſuimus, quia eis minus frequenter vtimur. Hoc modo medicamentis diſpoſitis multo minori negotio medicamenta parabuntur, vt quæ frequenter in compoſitionibus ſimul ponuntur, ſimul inueniantur. Adde quòd hæc medicamentorum diſpoſitio ἀντιβαλλόμενα indicabit. Nam quæ in prima capſula ponuntur, pro ſecunda poni poſſunt, & è contrà diminuto pondere. Cùm dicimus quantitatem augeri, nolumus duplum ſubſtitui; quia hæc medicamenta

menta non sunt duplo fortiora, quamquam pro Cinnamomo duplum Cassiæ iusserint antiqui substitui: nam si medicamenta sint adeò imbecilla, satius est eis non vti, quàm duplo pondere substituere ea: nam moles medicamenti augetur, & vis aliorum medicamentorum minuitur. Vt omnia medicamenta ordine digerantur, oportet locum in multas classes diuidere, & in vna classe partes superiores atque inferiores. In iisdem classibus distinguenda erunt medicamenta calida, frigida, sicca & humida, tam simplicia quàm composita.

CAPSVLA RADICVM SECVNDA.

5	Costus dulcis Arabum		
4	Tussilago	Pistolochia	
3	Helenium	Clematitis	
2	Iris Florentina	Arist. longa	Hermodactylus
1	Pro radice Iridis Venetæ	Aristolochiæ rotundæ	Asphodeli

CAPSVLA RADICVM TERTIA.

5	Graminis						Glycyrrhizæ
4	Aſparagi			Staphiſagriæ			Tuſſilaginis
3	Ruſci	Oenanthes	Ariſtolochiæ omnis	Bryoniæ	Zedoariæ	Cyperi	Helenij
2	Petroſelini rad.	Rubiæ maioris	Aſari	Pyrethri	Coſti	Galangæ minoris	Venetæ radix
1	Pro Apio	Pentaphyllo	Cappari	Mequin	Zingibere	Galanga craſſa	Iride Florentina

CAPSVLA RADICVM QVARTA.

CAPSVLA RADICVM QVARTA.

3	Cucumeris agreſtis	Centaurei minoris	Polypodij	Elleborivtriuſque		
2	Aſphodeli	Suc. Roſarum	Turbith	Ebuli	Aſari	Hermodactylorum
1	Pro rad. Gentianæ	Rhabarbari	Agarico	Hermodactyli	Cyclamnis	Aſphodelorum

CAPSVLA RADICVM QVINTA

3	Boraginis		Maluarum	Thapſi barbati	Sphondylij	Radix Vlmi
2	Bugloſſi	Behen rubri	Biſmaluarum	Biſtortæ	Pancratij	Conſolidæ minoris
1	Pro rad. glycyrrhizæ	Behen albi	Liliorum	Quinquefolij	Squillæ	Pro radice Conſolidæ majoris

CAPSVLA RADICVM SEXTA.

5		Corticis rad. Lauri	Afari	Staphidis agriæ	Behen rubri
4		Cort rad. Sambuci, & Ebuli	Ari	Clematitidis alterius siue Flammulæ	Behen albi
3		Fraxini, vel Populi	Serpentariæ	Rad. Dentillariæ	Boraginis
2	Rubiæ minoris	Tamarisci	Raphani agrestis	Pyrethri	Buglossi
1	Pro rad. Rubiæ maioris	Cortice rad. Cappa-ris	Cortic. Sambucj		Glycyrrhizæ

TABVLA SIVE CAPSVLA SEMINVM.

	1	2	3	4
	Pro sem. Cucurbitæ	Melonum	Citrulli	Cucumeris
	Lactucæ	Portulacæ	Endiuiæ	Scariolæ
	Violarum	Papaueris albi	Papaueris nigri	Hyoscyami
	Bombacis	Maluæ, Bismaluæ	Psyllij	Cidoniorum
	Lini	Fœnugræci	Lauendulæ	Xeyri rubri vel Citrini

459

CAPSVLA LIGNORVM.

5	Citrinum	Xylobalſa-mum	Scobs Buxi
4	Rubrum	Surculi Lentiſci	Ebenum
3	Pro Santalo albo	Aſpalathus	Guaiacum
2		Ligno Aloës	Echinæ radic.
1			Salſaparilla

	1 pro Scammonio	2 Diacridium	3 Colocynthis		4 Ammoniacum
	Sena	Semen Carthami	Folia Brassicæ marinæ		3 Sal gemmæ
	Foliis Scammonij	Thymelææ	Chamælæa		2 Sal petræ
	Semine hederæ	Sem. Asari	Semen Geniſtæ		1 pro Sale nitro

4					Coccus Cnidius	
3	Thymus	Chrysocolla, vel forte Chrysolith.	Ellebo-rus albus	Alhandal	Semen Cataputiæ	Rhapontic-um
2	Epithymus	Lapis Armenus.	Niger	Diacridium	Rad. Tithymali	Myrobalani 5.
1	pro Cassitha	Lapi de Lasuli	Colocynthide	Scammonio		Rhabarbaro

Polypodium	Rhabarbarum	Chamælæa	Esula
Turbith album	Laparhio	Thymælea	Turbith
Turbith nerium		Brassica marina	Polypodio

5	Capita papaueris	Acetosæ					
4	Semen Mandragoræ	Portulacæ	Citrulli				Semen violarum
3	S. Hyoscyami	Scariolæ	Melonum	Bismaluæ	Fœnugræci		Cnici
2	Papaueris nigri	Endiuiæ	Cucumeris	Maluarum	Lini	Psyllij	Vrticæ
1	S. Papaueris albi	Lactucæ	Cucurbitæ	Bombacis	Sesami	Cydoniorum	

5	Cumini	Paſtin. ſyl.	Rutæ agreſt.			
4	Carui	Paſtinacæ domeſticæ	Rutæ domeſticæ	Sinapi	Semen contra vermes	S. Paliuri
3	Fœniculi dulcis	Petroſelini	Ammeos	Erucæ	Caulium	Hypericî
2	Aniſi	Apij	Seſeli Aethiopici & Peloponéſis	Thlaſpi	Rapæ agreſtis	Milij Solis
1			Seſeli Maſſilienſis	Naſturtii	Rapæ domeſticæ	Alkekengi.

Piper longum	Cardamomi maioris	
piper album	Cardamomi minoris.	Granorum paradisi
Pipere nigro		Cubebarum

pro { *Semine Myrti, Berberis, & contrà.*
Napi; Rapi.
Carthami, Vrticæ, vel Agaricus non Trochiscatus.

3	Berberis	Sorborum
2	Vuarum immaturarum	Mespilorum
1	Spinæ albæ	Cornorum

pro { *Mandragoræ, Cicutæ*
Semine Asari, Semen Genistæ.

5	Geniſtæ	Aceto-ſæ	Galla-rum	Cytini	Vua Corin-thia		Ficus
4	Aſari	Citri	Sumach	Falau-ſtiorum	Paſſulæ mundatæ	Tamar, Indi	Sebeſten
3	S. He-deræ	Berbe-ris	Myrtil, lorum	Cortic, maligra nati	Dactyli,	Prunis acidis	Iuiubæ
2					Pruna dulcia		Paſſulis mundatis
1					Ficubus		

CAPSVLA FLORVM.

3	Oenanthes	Cichotei	Nymphææ luteæ	Sambuci		Saluiæ	
2	Myrti	Buglossi vulgaris	Nymphææ albæ	Melilori	Balaustiorum	stœchadis	Genistæ
1	Florib. Rosarum	Buglossi latif. siue boraginis	Violarum	Chamæmeli	Cyani	Anthos	Sambuci

3	Leucoij		Flor. Cichorei		Spicæ, vulgo Aspic
2	rubri	Flor. Tamariſci	Flor. Intubi domeſtici		Lauendulæ
1	Leu. lutei	Flor. Geniſtæ			Flor. Saluiæ

294

DE SVCCIS.

Pro Acaciæ ſucco; ſuccus Prunellorum probatur, & Rhois, Dioſc.

Dioſcorides ſuccum Hypociſtidis ſubſtituit: verum aliquanto magis adſtringit & ſiccat, ſi in antiquorum pharmacis recipiatur.

Pro Opio; Meconium, vel ſuccus Lactucæ ſyl. vel, domeſticæ, quantitate maiori.

Pro Abſinthij ſucco; Abrotoni, Eupatorij, vel Centaurei minoris vtriuſque, vel Agerati

Pro ſucco Abſinthij Pontici; noſtratis Romani ſuccus: differt tantùm regione, vt Macedonicum à Pontico. In externis remediis, Santonicum & Marinum; vel ablutum leuiter in internis concedatur.

Pro Opobalſamo; Stacte, id eſt, ſtyrax liquida non adulterata, vel oleum Myrrhæ. In ſuffuſionibus ad digerendum; Oleum Spicæ Lauendulæ, quod æquè tenuium eſt partium.

Pro Glycyrrhizæ ſucco; infuſum & decoctum eiuſdem, vel ſuccus vuarum paſſularum, vel vinum coctum, ſiue (ſapa.

Pro Lycio; Amurca.

Pro Citri ſucco; Limonum.

Pro Thymelææ; Chamælææ ſuccus.

Pro Cyclaminis; Iridis.

Pro

Pro Omphacij; Rhois, & contrà.
Pro Aloë; Abſinthij ſuccus.
Pro Semperuiui; Cotyledonis ſuccus & contrà, vel Solani, Lactucæ.
Pro Sanguine Draconis; Laccam ſuſtinuit Auicennas.
Pro Elaterio; ſuccus cucumeris agreſtis aliquantum coctus.
Pro Sapa; vinum dulce, & contrà.
Pro Licio; Gentianæ ſuccus in vlceribus.
Pro aqua fontana; fluuiatilis.
Pro aqua plu. fluuij potius quàm fontana, contrà quàm Galenus præcipit in Diacodio; quia compoſita eſt partim ex pluuia, partim ex fontibus.

DE LIQVORIBVS ET LACHRYMIS.

Pro Opobalſamo, Stacte ſiue myrrha liquida natura vel arte parata: Liquor Terebinthi.

Non { Opocarpathum, vt auctor Succedaneorum præcipit. / Oleum laurinum. / Liquor myrti,

Non ſemen Myrti, & Zedoariæ, vt præceptores noſtri ſtatuerunt. Pro Carpobalſamo ſemen Lentiſci vel Terebinthi, cuius multæ ſunt ſpecies. Cubebæ in minori doſi; vel Terebinthi partes duæ, vna Cubebarum.

pro Cedria { Oleum è ramentis Iuniperi paratum per descensum. vel Gummi Iuniperi.

Pro Xylobalsamo, furculi Lentisci.

Pro Oleæ lachryma; G. Elemni

Pro Myrrha; Bdellium, vel succus Smyrnij, vel Apij.

Pro Opopanace; Ammoniacum, vel Galbanum, vel Bdellium, maximè cum emollire volumus. Gal. vsus est Propoli in externis.

Pro Manna thuris; cortex cui adhæret aliquid thuris.

Pro Thure; Mastiche & resina pini sicca.

Pro Styrace; Benzoinum.

Pro Terebinthina; Mastiche.

Pro Mastiche, Abietina resina indurata aut frixa; vt docet Dioscor.

Pro Cupressina; Laricina.

Pro Abietina; Resina pini.

Pro Pice, Resina Pini cocta.

Pro Pice liquida; Pix oleo dissoluta, vel pix ex oleo Iuniperi liquefacta.

Pro Pissasphalto; Pix & bitumen.

Pro Mumia; Pissasphaltum.

Pro Asphalto; Petroleum, vel Gagates, & contrà. Et carbones petræi è terræ visceribus, quibus fabri ferrarij vtuntur.

Pro Lacca; Myrrha.

De mineralibus.

Pro Antimonio, plumbum vstum, & contrà. Auicen. & Stannum vstum.
Pro Lithargyro; plumbum vstum, Molybdæna.
Pro Plumbo; Stannum.
Pro Flore æris; ærugo.
Pro Spodio; Antispodium ex myrto, lentisco, olea; oleastro, malo cydonio, vel cornu cerui vstum.
Pro Pompholyge, Spodium Dioſc.
Pro Cadmia; Lapis calaminaris.
Pro Sandaraca Græcorum; Auripigmentum & contrà.

Finis.

GVLIELMI RONDELETII MEDICI DE THERIACA Tractatus.

THERIACA MAGNA.

Gulielmus Rondeletius

LECTORI S.

CVM antiquissima ac nobilisſ. Theriacæ Antidotus à quibusdam dispẽsaretur, in mentem venerunt errata aliquot à Nicolao Præposito annotata, & aliquot minimè animaduersa. Quamobrem plurimum me rogarunt vti veterem illam ac vulgatam Editionem recognoscerem: quod etsi mihi difficillimum esse probè perpenderem & planè immensi laboris; nolui tamen amicis tam singularibus, honesta præsertim petentibus, operam meam denegare, tum quia sanctum esse quod tam instanter peterent, tum etiam Reip. admodum vtile ac necessarium; cùm omnia nostra studia & labores eò spectare debeant, vt Reip. & cæteris bonarum artium studiosis prodesse possint. Nihil enim existimo vtilius, quàm vt illa Antiquorum medicamenta, quæ ϑεῶν χεῖρες appellant, fideliter præparentur, atque ex simplicissimis simplicibus ad communem omnium vtilitatem componantur, quod hactenus, proh dolor, quorundam ignorantia ac incuria factum non est: quo fit vt verissimum sit carmen Homeri, Odyss. δ.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἰδίᾳ λαμβανόμενα, πολλὰ δὲ λυσιτελέα.

Quam ob cauſſam, lector, optime, te ad meliora quodammodo reuocare videmur, dum pro viribus adnitimur veterem illam Andromachi traditionem ad germanam Græcorum lectionem emendare. Et ne exiſtimes tibi à nobis imponi, conſilium fuit quibuſdam annotatiunculis reddere rationem cur à tam vulgata illa deſcriptione recedamus, idque addendo aliqua quæ noua forſan tibi videri poterunt, ac expungendo quæ numquam ab Andromacho excogitata fuere. Sed vnum abs te peto vt ne veteri rubigini addictus hæc ſine ratione improbare velis, ni prius apud te probè examinaueris quæ prodeſſe & iuuare ſoleant.

CVM igitur variæ ſint Theriacæ deſcriptiones à diuerſis Autoribus traditę, in tanta rerum varietate difficilis erat electio : omnes tamen ad veram illam Galeni lectionem contulimus , cùm eaſdem omnes truncatas & vitiatas offendiſſemus : hancque veram ex Antidotων libro ſecuti ſumus : quæ etſi perfectior videretur ; aliqua tamen deſiderabantur iniuria temporis omiſſa, quæ nos pro virili reſtituimus ex Galeni, Pauli , Aëtij , Auicennæ, Actuariique locis vt poſtea in Annotatiunculis declarabimus.

Noſtræ

Noſtræ autem tempeſtatis docti quidam impoſſibile quodammodo exiſtimârunt hanc Theriacæ confectionem abſolui poſſe, his moti rationibus: tum quòd viperas non haberemus, quæ ſanè hoc in negotio primas tenent: præterea Balſamum, Aſpalathum, Cinnamomum, Myrrham, Rhaponticum, Calamum aromaticum, Phu, Nardi Spicam, Pentaphyllon, Schœnanthum, Dictamnum Cretenſe, Sigillum Lemnium, Thlaſpi; tum quod omnibus incognitum dicunt Scordium. miror non addidiſſe Malabathrum, Acaciam, Acorum, Bitumen Iudaicum, Opopanacem, Galbanum, quòd non niſi adulterata aduehantur, vt quibuſdam placet. Sed nos eorum rationibus faciemus ſatis. Abſurdum enim eſt illa medicamenta inutilia exiſtimare quæ à Galeno in vſum trahuntur, etſi non omnia adſint. multa ſiquidem ipſemet Gal. ſuo tempore deſiderabat, in quorum locum ἀντιβαλλόμενα proponebat. Enimuerò ſi Gal. pro Cinnamomi Caſſiæ duplum ponendum iuſſit, imò & Phu, & pro oleo Sabino, oleum antiquiſſimum, pro Omphacino, oleum paratum cum foliis oleæ; quid prohibet Acorum poni pro Amomo, quum Acorum cum Amomo ſimilem facultatem obtineat: pro Dictamno Pulegium, quod etſi vires paulo inferiores habeat, augeamus

mus dosin : pro Opobalsamo Styracem liquidam : pro Rheopontico Rhabarbarum : pro Terebinthina Mastichen : pro Viperis Elopes, Ophies ? Sed quid moror? Clariora sunt quàm vt demonstratione aliqua egeant.

Consultiùs itaque ab his cauillatoribus factum esset, si tantum operæ locarent in inueniendis succedaneis, quantum in cauillandis aliorum inuentis. Cessent igitur, precor, bona medicamina infamare, & quam prauam opinionem solent imperitæ multitudini tradere, omittant.

Tempestiuum nunc videtur ad Simplicium declarationem veniamus, hoc vnum præmonentes, pondera non respondere ponderibus Andromachi iunioris vel Democratis: nam Democrates drachmas duas tantùm Polij, Seseli, Thlaspi & aliorum vsque ad Cardamomum ponebat, vituperabatque illos qui constituerent quatuor, quod tamen ferè omnes qui de Theriaca scripserunt, faciunt, quemadmodum Gal. Paulus, Aëtius & Auicenna, quos secuti sumus. At de diuersitate ponderum vide Gal. de Theriaca ad Pisonem.

THERIACA nobilissimum medicamentum dicta est quòd valeat aduersus θηρία id est, bestias venenosas; non autem, vt quidam existimant, quòd Viperas (ita sumpto nomine ob excellen-

tiam,

tiam, sed satis impropriè) reciperent: nam antequam additæ essent Viperæ, etiam Theriaca dicebatur: huc accedit quòd multæ sint Theriacæ descriptiones, vt iam diximus, apud Gal. in Antidotis quæ Viperas non habent. Non igitur à Viperis, sed ob effectum ita fuit appellata. Posset tamen defendi, Theriacam etiam dictam fuisse à Viperarum carne. Cæterum hæc Theriaca Galene, non Galeni nominatur, aut si mauis, γαλήνη id est tranquilla, vel tranquillitatem afferens, non Galeni. autor enim huius non fuit Gal. sed Rex Ponti Mithridates, qui, vt erat exercitatissimus in simplicibus, omnia ea collegit Antipharmaca, flores scilicet, semina, herbas, radices, gummi, & cetera quæ valerent aduersus virus ferarum, Viperarum, Canum rabidorum, Scorpionum, Dipsadum, &c. nec non aduersus venenum medicamentorum quorundam, vt Mandragoram, Cicutam, &c. & ad morbos alios complures & antiquos. Ex his omnibus collectis selectissima & efficacissima selegit, ex quibus parauit compositionem suo nomine nuncupandam; ea est Mithridatium: Andromachus postea (qui videtur inter omnes exactissimam calluisse normam componendi medicamenta) eam correxit & emendauit; addiditque Viperas, γαλήνηque vocauit, id est, Tran-

Tranquillam, quod tranquillitatem inducat: & merito quidem: quid enim magis meretur tranquillitatis nomen quàm quod ſedat dolorem? Qui à Cane rabido demorſi ſunt aut Vipera, aut alia fera venenata, multum torquentur multumque de morte ſunt ſolliciti: hæc compoſitio illos curat: magnam igitur tranquillitatem inducit. Vt in ſumma dicam, nulla eſt præſtantior Antidotus ad antiquos & diuturnos morbos, vt iam dictum eſt. Ad defluxiones nullum eſt genus remedij efficacius quàm hæc Theriaca, ſiquidem fuerit recens. febres quartanæ ſolo vſu Theriacæ viſæ ſunt curatæ. Quid non facit Theriaca? Inexpugnabiles morbos, & quorum cauſa ignota eſt curat: ex omnibus enim medicamentis efficaciſſimis conſtat.

PASTILLOS SCILITICOS aliter præparamus quàm antea facere ſolebant: Nam ſine delectu Pharmacopolæ Scillam vel Pancratium accipiebant, quòd habeant eandem facultatem. Sed quoniam Pancratium vim habet imbecilliorem, melius eſt confici eos ex Scilla, præſertim cùm nobis facultas ſit. Si Scilla careamus, Pancratio vti poſſumus eius loco, ſed in maiore doſi, vt Caſſia pro Cinnamomo: cùm verò adeſt Scilla, ſumatur Scilla. Cæterum paſtilli hi fieri debent ex carne Scillæ, &

ſpiſſari

ſpiſſari farina Orobi, quæ valet aduerſus venena, & conſeruat Scillam à putredine ſuo amarore. Pharmacopœi eos ſolebant parare, cum pane aſſo, aut cũ vitia, cum non noſſent Eruum, vt nec adhuc omnes norunt. Cùm enim nuper Auenioni eſſemus, & medicamẽtum præſcripſiſſemus Nobili à Mõlau, in quo Eruum deſideraretur, iuſſi Pharmacopolam adferre Eruum, atque is Viciam attulit & Aphacem; cùm neutra illarum ſit Eruum, quod amarum eſt & tenuium partium; Vicia verò dulcis & emplaſtica. Porrò Erui duas conſtituunt ſpecies: Aliam enim candidiorem faciunt, aliam rufam. Eruum eſt quod vulgò *des Ers* vocant, in Gallia Narb. *Eſſes*. Quod ad Scillæ delectum attinet, ea ſumenda eſt æſtate, præſertim Iunij initio, ad parandos hos paſtillos: tunc enim multum ſucci habet: ſi hyeme legatur non valebit. ſub Canicula verò venenum eſt. habet enim tantam acrimoniam, vt æſtu correpta in venenum vertatur. Sumenda itaque eſt vere aut æſtatis initio. Ea lecta inciditur fruſtulatim more ceparum, non quidem cultro aut inſtrumento ferreo, ſed arundinaceo.

Maiores noſtri ſoliti erant parare PASTILLOS THERIACALES ex Serpentibus communibus, cùm Viperas non haberent. Nec omninò

omninò certè vituperandi sunt: idem enim præstant reliqui Serpentes, sed Viperarum vis est efficacior. Θηρία Græci animalia appellant (latiore significatione accepto vocabulo) quæ cicurari non possunt. Medici verò ἰοβόλα, quæ morsu venenato vel punctura venenum iaculantur, hominique nocent, appellant, sub quo nomine & Aspides, Elopes, & Cerastes comprehendunt: quamobrem non erit absurdum Trochiscos Theriacales dicere, cum ex feris conficiantur, quæ & facultate sua iuuant, quemadmodum Viperæ, & si ausim dicere, conuenientiores sunt. præter enim id quòd calefaciendi & exsiccandi vim habent, aduersus angues nostros peculiariter iuuant.

Nam Theriaca, vt autor est Gal. ad Pisonem, olim citra ferarum commixtionem confectum medicamentum similiter ad eiusmodi mirificè faciebat: Sed postquam Andromachus Viperas commiscuit, ad morsum Viperarum medicamentum fuit efficacius: imò si credamus Gal. lib. 2. de Antidotis, Mithridatica compositio aduersus plurima venena valet, præter Viperarum ictus. Nihil igitur habuit Theriaca additis Viperis, quàm quòd ad Viperarum morsus sit efficacior. Sic nostrum medicamentum efficacius erit ad morsus Serpentum, cùm nullum nobis periculum immi-

immineat à Viperis. Adde quòd pinguedinem Serpentum quotidie experimur plurimum valere, & carnes non plus veneni in se continere quàm olim haberent Viperæ, si debito modo adhibeantur, & quales oportet capiantur. Nam & in capiendis delectus seruandus est, quemadmodū & Viperis. Vt quæ prope mare degunt, ἄθηαι sunt: & quæ in aquis excrementosæ, & quæ vtero gerunt repudiandæ. Quas æstate venantur, vel hieme, nos Elopes vel Angues bene nobiles in vineis degentes, vere captos eligimus. non diu asseruatos (vt solent facere Pharmacopolæ) & præparatos, vt ars iubet, cum pane asso Trochiscos conformabimus: sic seruatos & exsiccatos; vt neque situm redoleant, neque cariem senserint. Quòd si videatur Dominis Doctoribus dosin augendam esse, quia imbecilliores sint, non improbo: quòd si quis Viperas nanciscì possit, vt iam facimus; eas capiat, & angues omittat. Paulus Ægineta etiam de Viperis loquens ὄφις dicit: Ea autem locutio esse videtur per excellentiam, quo commune aliquod vocabulum rei singulari attribuimus, vnde & ὄφις Viperas vocat. Cùm autem simpliciter legitur ὄφις, de Vipera intelligendum est, quia præstantissima inter serpentes est. Vnde & in Theriaca assumenda; non quòd remedio egeamus aduersus illarum

morsus, siquidem in nostris Regionibus non reperiuntur, sed ob alias Viperæ facultates: desiccant enim vehementer, calefaciunt, & visum acuunt. Viperas nihilominus veras tum in Italia, tum apud Pictones habemus; quicquid dicant qui id negant: Certissimum enim signum est Viperæ & nota certissima, si viuum animal pariat, vt inter pisces Galeus; vnde & nomen habet, vt scribit Aristoteles, & experti sumus in nostris ædibus: Adhæc Viperarum descriptio tam exactè illis conuenit vt nihil magis; & maximè ea quæ tradita est ab Aëtio viro perquam diligentissimo in describendis Viperis. Vt vnam è multis notam adferamus. statim in caudam desinunt, quam crassissimam habent inter reliquos serpentes (præter Amphisbænam, quæ adeò crassam habet vt bina putetur habere capita) omnes denique notæ feliciter reperiuntur in ea. At dicat aliquis; Elephantiasin non curat, vt scribit Gal. Esto. si mentiri voluit Gal. quid tum? neque enim verisimile est tempore Gal. curari potuisse Lepram iam confirmatam. Sin autem quis dicat, id non ideò præstare quia ex Italia adferantur, quæ regio non sit satis calida: Nugæ: si enim venenum retinent, cur non & alias facultates? Nemo igitur dubitet quin veræ Viperæ nostris temporibus reperiantur.

Porrò

Porrò vt conficiantur Paſtilli Theriacales, præparatione omiſſa hoc tantùm ex Gal. addam, melius eſſe paulo antè captas ſumere, quàm diu retentas, nam quæ diutius retentæ fuerunt, venenoſæ ſunt magis, vt ex hominibus ieiunis cõiicere licet.

Andromachus MAGMA HEDYCHROON ita à coloris iucunditate appellatum, non Trochiſcos de Corallo, vt Nicolaus Præpoſitus falsò putauit, deſiderat. Multo ſatius fuiſſet ſi Trochiſcos Alindaracarum Auicennæ poſuiſſet, vel Trochiſcos Hedychroi, quos annotauit in Antidotario, qui etſi tamaricem recipiant, Aſphalthum deſiderent; magis tamen accedunt ad Hedychroi compoſitionem quam hic conſtituimus ex Gal. lib. ad Pamphilianum. Hæc enim paratu facilior eſt & clarior & melior. Nam in lib. de Antidotis pedeſtri oratione ſcripta eſt quæ Maron & Amaracum deſiderat. At Maron nobis prorſus incognitum eſt, niſi illa ſit quam vulgo *Mariolaine franche* appellant; quam ob cauſam conſulto Amaracum addidimus, & illam pro Maro: quod ſi per Amaracum intelligat aliquis Sampſuchum, pro Maro poni poteſt Siſymbriũ; ſunt enim eiuſdẽ facultatis, vt Dioſcorides docuit. Quantum verò differant Hedychroon magma à Trochiſcis Diacoralli, fidẽ facit vtrorumque collatio: hã

enim Papauer, Pedem columbinum, vt alia omittam, recipiunt, quæ non sunt in Hedychroo : non itaque ponendi.

PIPER NIGRVM non tam valet ad ἀντιφάρμακα atque Piper longum & album : sed quia omnes sic habent, nolui immutare, & ʒ xxiiij indidimus, quamuis aliqui sex tantùm : Paulus tamen, Aëtius & reliqui, xxiiij censent ponendas, & nigrum non longum, vt in quibusdam Exemplaribus legitur, & in carminibus Andromachi. neque improbarem si quis Longum sumat; tum quia in carminibus longum est, tum quia Antidotis, si Dioscor. credimus, aptius. Tu verò iudica.

OPIVM, vel MANDRAGORA, vel HYOSCYAMVS addi solent in Antidotis, quia incrassando constringunt meatus, ne Venenum ferri possit ad Cor, & sic iuuãt operationem Antidoti. Eodem planè modo bolus Armena & Terra sigillata lentore suo & crassitie prohibent vim Veneni ad cor deferri, non autem proprietate occulta, sed incrassando : quare quæ tenuissimarum sunt partium, vt Moschus, Ambra, non conueniunt ; quia faciunt citò penetrare venenum ad Cor : sic Cicuta cum vino absorbta occidit citissimè ; per se verò tardiùs.

ROSARVM, remotis vnguibus, drachmas xij. ponimus. Auicenna xxiiij. ponit.

SCORDIVM, quod Fuchsius putat omnibus incognitum, nunquam antea in aliqua Antidoto positum, apponendum censuimus (quanquam tamen opera & diligentia doctiss. viri D. Guilielmi Pelliterij, Mompeliani Episcopi vigilantissimi, primùm in Gallia iam à decem annis cognitum sit) & non allium siluestre, vt vulgo Pharmacopolæ facere solebant. Stultum enim esset σκόροδον ἄγριον, id est Allium siluestre, vt Auicenna docuit, collocare, cùm tam frequens apud nos sit Scordium herba. Excusandi fuerunt Maiores nostri quibus incognitum fuit, neque grauiter peccarunt in hoc simplici. est enim allium syluestre Theriaca Rusticorum. Vtinam in aliis succedaneis tam bene iudicassent! Non est tamen conferendum Allium cum Scordio: Scordium enim maiorem habet vim aduersus putredinem quàm vel Myrrha ipsa, vt videre est apud Gal. lib. de Antidotis, qui eius inuentionem declarat. Quis autem nisi stultus, dicat succedaneis esse vtendum, cum propria habeamus? Scordium enim copiosissimè per totam Galliam nascitur: reiiciendum itaque Allium.

SEMINIS NAPI, & rectè; quanquam nonnulli, Seminis Rapæ, legant.

IRIS ILLYRICA ea debet apponi quæ Venetiis affertur.

AGARICVM sumatur candidum, leue, &c.

CINNAMOMVM à viris doctissimis in discrimen vocatum est, cùm dicant nos vero Cinnamomo carere, ac id quod pro Cinnamomo ostenditur, potiùs esse veram Cassiam : nos tamen putamus esse Cinnamomum ; etsi non sit illa species tantoperè ab Antiquis laudata. quam ob causam nos istius Cinnamomi ʒ xxiiij posuimus (etiamsi nonnulli ʒ xij tantùm ponant) duplici nomine : tum quia in quibusdam exemplaribus xxiiij. drachmas Cassiæ scriptum legimus. vt etiam in secunda descriptione Auicennæ, tum vt omnibus fieret satis : nam si Cinnamomum esse negent, non possunt improbare consilium nostrum, cùm Gal. de Compos. Pharmacorum doceat his verbis : Necessarium nobis est, vbi Cinnamomo caremus, Cassiam optimam coniiciamus, aut plusquam duplo Cinnamomi pondere, aut omnino non minus. Sed Cinnamomum verũ habemus. Si cineritium illum colorem non habeat, in causa sunt mercatores, qui eius superficiem abradere solent, colorem naturalem auferentes. At odorem rutæ non habet. Nec habere debet. Error enim est in Dioscor. nam pro πηγανίζουσι legendum est, ὀσφραίνονται quod facilè probari potest ex eodem Dioscoridis alio loco, vbi ait

ait Amomum habere Origani odorem. Hinc enim luce clarius colligere licet, Cinnamomum Origani odorem referre; aliumque textum corruptum esse. Et quanquam Dioscor. dicat diuersas esse arbores Cinnamomi & Cassiæ; Gal. tamen diuersæ est opinionis, asseritque se vidisse in capsa cuiusdam mercatoris ramū vnum cuius altera pars Cassia esset, altera Cinnamomum.

GLYCYRHIZÆ SVCCVM apposuimus, quia efficacior est quàm radix ipsa; etsi Auicenna in tertia descriptione radicem ponat, & verè poni potest succus. nec timendum est de succi adulteratione. Nam tanta est copia dulcis radiculæ, vt parui væneat: Et etiam cùm Theriacam componere volumus, expressè succum extrahere volumus.

OPOBALSAMVM sincerum ad nos non adfertur, sed multis modis adulteratum: quin etiamsi adulteratum non esset recens nōest sed antiquum. nā cùm ex regione longinqua petatur, non potest non esse antiquum: est siquidem antiquum, si annum excesserit, fitq. inutile. Et si nonnulli dicant in nouo Orbe reperiri, incertum est an verum sit: succedaneo itaque vtendum. Quid verò substituemus, cùm succedaneo opus sit? alioqui manca esset Compositio & corrupta. Non sequemur hac in re consilium Maiorum nostrorum, qui

Oleum Laurinum pro Opobalſamo poni docuerunt. Oportet enim ſuccedanea & viribus & temperamento reſpondere, vt doctiſſimè à Gal. monſtratum eſt. Sed oleum Calidius multo eſt Opobalſamo, cum oleum Laurinum inter calidiora adnumeretur: quod ex fructu poteſt cognoſci: ſolet enim oleũ expreſſum eiuſdem eſſe temperamenti cum fructu ex quo exprimitur: At folia & fructus Lauri deſiccant & calefaciunt vehementer, plus etiam fructus: ergo & Oleum. Opobalſamum verò deſiccat & calefacit in ſecundo exceſſu tantum: Igitùr non reſpondent. Adhæc Opobalſamum tenuium eſt parrium, Oleum verò Laurinũ craſſarum: Opobalſamum ventriculum roborat, Laurinum autem oleum, vt ait Dioſc. ἔσι ναυπῶδες ποθέν, id eſt, potum nauſeam facit, & lædit ventriculum non alia ratione, quàm quòd ventriculo aduerſatur: idem autem efficere Opobalſamum negandum eſt. Non enim eſt oleum, ſed ſuccus Balſami. Vnde autem id natum ſit vt Oleum Laurinum in antidotis poneretur? Puto hinc eſſe natum, quòd olim Oleum parabant cum Myrrha & Stacte, vt Dioſc. docet. Extra adhiberi non prohiberem, vt etiam Oleum Irinum: quamuis in verſione Vallæ & multis exemplaribus Græcis (falsò tamen) Lineum legatur. Balſamum arte com-

poſi-

positum reiicitur. Errorem indicauit ante 114. annos Santes de Andronis de Pisauro Medicus in hac parte Alexipharmacωn diligentissimus & probatissimus. Post eum Nicolaus Præpositus, qui Medicorum Mompelianorum mentionem facit tanquam autorum huius hæreses. Alij ex semine Citri & Corallo ἀντιδαλάμῳον conficiebant, sed ineptè: nam quamuis semen Citri valeat aduersus venena, alia reperiuntur multo efficaciora. Alij asserebant fieri debere substitutum ex Myrrha destillata: quod expertum fuit; & ex destillatione oleum exceptum, sed vsque adeò fœtidum vt nemo ferre posset. Omnibus itaque reiectis, substitutam Stacten, ex præscripto antiquorum, Gal. scilicet, Pauli, Aëtij, qui asserunt easdem Stactis vires & Opobalsami. Est autem Stacte nihil aliud quàm Myrrha liquida, & si Dioscredimus est pinguissimum Myrrhæ recentis cum aqua exigua tusæ & prælo expressæ, proportione respondens Myrrhæ. Myrrha autem secundi ordinis excalefacientium & exsiccantium, sicut & Balsamū. Adhæc vulnera consolidat, quod facere Balsamum creditur à neotericis Medicis, quanquam Gal. nullam eius mentionem faciat. Idcirco autem hîc positum fuit quòd aduersus venenata animalia valet. quod ex eo colligere licet, quod vbi nascitur Balsa-

mum nequeant habitare Serpentes aut alia venenata animalia. Qui de omnibus dubitare solent, Myrrham istam reiiciunt, quia parum respondeat descriptioni, tum maximè quòd ἐυώδης, id est, odorata non sit, vt Dioscor. & Gal. dixerunt. Nos autem Myrrham dicimus esse, non Trogloditicam vel Amineam. Et quòd non sit odorata, in causa est quòd ab ea expressa sit nobilissima Stacte. Nam vt Dioscor. docet ex pinguibus exprimitur pingue & odoratum. Minus etiam odorata est quia ex calentibus & aridis locis adfertur. Neque tamen dicendum est talem esse ἄπνουν, id est, infirmam & ignauam, vt in quibusdam exemplaribus legitur: vbi legendum ἀοσμόν, id est sine odore; illamque amittere suam commendationem, non ad sanitatem, sed ad voluptatem. At hi qui dicunt nos non habere veram Myrrham, falluntur, aut in hoc quòd (cùm Dioscor. diuersas notas diuersis speciebus assignârit) omnes eas in vna specie reperiri velint, alioqui veram negent esse Myrrham: aut quòd dicant εὐώδη non esse, vt vult Dioscorides. Sed id planè negamus. Sumitis autem vos ἐυώδης pro eo quod bonum spirat odorem. In hoc autem error est. Nam Dioscor. & alij plerique scriptores εὐώδης sumunt pro eo quod multum olet, siue bonuum spiret odorem siue malum. Significatio autem voca-

vocabulorum non aliunde petenda est quàm ab eo authore qui rem ipsam describit; quemadmodum Dioscorides, vt dixi, hoc modo sumit εὐώδης. vt videre licet cap. de pice arida, vbi ait debere esse puram, pinguem, εὐώδη. Nemo autem interpretabitur intelligi de suaui odore, sed forti & graui, quia quæ igne eliciuntur non possunt non fumum redolere & tetrum odorem spirare. Idem esto iudicium de Blatta Byzantia, quam dicunt esse εὐώδη. Sin hæc ratio non placeat, dicemus Veteres non adeò delicatos fuisse atque sumus; & quod nobis malè olet, vt myrrha, illis benè & suauiter oluisse, quod inde probari potest, quod in suis vnguentis ad delicias paratis, Galbanum admiscebant; quod haud dubiè fœtidi admodum est odoris.

De CROCO & GINGIBERE nulli dubitant.

Reclamant Sceptici Medici quòd pro RHEO PONTICO Rhabarbarum sequuti Auicennam ponimus. Non autem temerè id factum est. nam cùm Rhaponticum hoc Pharmacopolarum nullo modo respondeat picturæ Rheipontici; satius est Rhabarbarum vocatum coniicere. quanquam istud Centaurium maius à viris doctissimis iudicetur esse, nec ineptè. Rhaponticum enim & Centaurium hoc maius easdem ferè

ferè habent facultates. Componitur Rhaponticum ex diuersis partibus : Ex terrea videlicet & frigida substantia, quod indicat adstrictio : Habet etiam adiunctam caliditatem, subacre enim reperitur si plusculum mandatur, qua facultate potest aluum ducere: quinetiam aëreæ cuiusdam est substantiæ particeps, quod indicat laxitas & dulcedo. Covulsis, ruptis, dysentericis, sanguinem expuentibus vtile est & orthopnœæ. Centaurium maius in gustu contrarias qualitates habet ; ita in vsu contrarios effectus præstat : gustu itaque acre simul & adstringens apparet cum leuiuscula dulcedine, quæ omnia in Rhapontico esse monstrauimus. Prodest iisdem reiicientibus sanguinem, ruptis, conuulsis. dyspnœæ, orthopnœæ : quamobrem medicamentum imbecillius non erit, si pro Rhapontico Centaurium maius posuerimus. Nam Rhaponticum & Rhabarbarum sola regione differunt & leuitate: vt Rapæ quæ apud Lemouices nascuntur, & quæ solo sterili, differunt solùm dulcedine aut crassitie, aut alia differentia à solo desumpta. At dices alterum magis rarum est; alterum densius. Respõdeo id facere copiam vel inopiam alimenti: aut dicendum, Mercatores qui aduehunt Rhabarbarum, illud comprimere cùm recens est, vt minus loci occupet, & densius reddatur; quòd,

sciant

ſciant denſum laudabilius eſſe, quod facilè fieri poteſt: ſi enim compreſſam radicem deſicces, minor erit minusque ſpatiũ occupabit, nec diminuetur quantitas. Si verò Rhabarbarum noſtrum non ſit veterum Rhaponticum, quid erit? Quidam aiunt eſſe radicem Centaurij maioris, & Gal. ait radicem Centaurij maioris eaſdem facultates habere quas Rhaponticum.

Malè negat Manardus nos verum PENTAPHYLLON habere: nam paſſim naſcitur, & omnino deſcriptioni reſpondet. Eſt præterea alia nota à Theophraſto tradita, quæ nobis eſt certiſſimo indicio nos Pentaphyllon habere: ſcilicet quòd Pentaphylli radix exſiccatione fiat quadrata: quod ſanè illi propriũ eſt: conuenit enim ſoli Pentaphyllo quadratam fieri exſiccatam radicem, quæ nota fallere nos nequit. Sunt ex Practicis qui putent Tormentillam eſſe Pentaphyllon, quod non improbo; cùm Dioſc. det illi radicem oblongam Veratro nigro craſſiorem, & propius accedat ad veram Penthaphylli deſcriptionem. Sunt qui Heptaphyllon vocent à numero foliorum, quod & in vulgari etiam inuenies. Dioſcor. etiam ait habere quinque folia, aliquando plura. Verùm quamcumque aſſumſeris, hánene Dioſc. an illam Theophraſti, non errâris: ambæ enim valent aduerſus venena. Poteſt itaque

itaque ſumi Tormentilla pro Pentaphyllo, & Pentaphyllon pro Tormentilla.

NEPITAM Latini Calamintham appellant, qua de cauſa Galenus miratur quod Andromachus, cùm Græcè ſcripſerit, hoc tantùm nomen Latinum addiderit. At hoc παρέργως dictum ſit.

MARRVBIVM lippis & tonſoribus notum eſt, eam ob cauſam prudens prætereo.

Danda eſt opera vt SELINON quod in petris naſcitur recuperemus: non quod ob eam cauſam petroſelinon dictum velim, ſed quia maioris eſt efficaciæ, & propius accedit ad Macedonicum, ob amarorem. Nec ob eam cauſam damnanda erit hæc compoſitio. Nam, vt Gal. de petroſelino ſcripſit, Quod ſi Eſtreaticum deſideres Petroſelinum, nihilo tibi deterius fore putato Theriaces medicamentum, ſi alterum injicias. Cuius rei ſubdit rationem. Non enim, inquit, ſi mortiferis venenis, ſi venenatorum morſibus aliud ab Eſtreatico Petroſelinum minùs congruit, propterea reliquis etiam morbis, vt torminibus, ventriculo debili, hydropiſi, & id genus aliis ſegniùs opitulatur, quos inprimis ſanare Therica promittit. Aliam præterea cauſam aſſignat, cùm inquit: Adhæc Eſtreaticum petroſelinon amaram

ram etiam plus Theriacam facit, præſertim cùm recens adhuc imponitur: nam vt acrimonia, ſic amaritudine hoc alia ſuperat. At, vt alibi docuit, ſuauitas in medicamentis quæ deglutiuntur, eſt ſpectanda, cùm in ſe habeat multa amara. Auiccenna ſemen Apij montani poſuit in tertia deſcriptione. Petroſelinum verum naſcitur in montibus Delphinatis, & apud fontem Vaucluſæ.

STOECHAS ſatis nota eſt, agroque Mompeliano frequentiſſimè prouenit.

COSTVM nonnulli in diſcrimen vocant. Certiſſimum autem eſt, nos duas habere Coſti ſpecies: primam ſcilicet (quam Zedoariam vocant vulgo) & tertiam quam nemo negabit eam eſſe quæ ad nos adfertur, præſertim cùm acerrima ſit.

De PIPERE albo tantùm ſciendum eſt Galenum ibi piper album legere, vbi Auicenna nigrum, & econtrà. Piper album & longum magis medicaminibus & Antipharmacis conueniunt: Nigrum verò eduliis & alimentis condiendis. Piper longum facillimè adulteratur. Adulteratum autē cognoſcitur, ſi aqua inſperſum diſſoluatur. Non reperitur hoc Piper longum in deſcriptione ad Pamphilianum.

DICTAMNVM in Creta tantùm creſce-

creſcere, & inde CRETENSE dici exiſtimant Autores. quod ſic depictum ſit à Dioſc. Cretenſis herba eſt, acris, leuis, pulegio ſimilis, ſed maioribus foliis, quæ tomento quodam ſpiſſaque lanugine pubeſcunt. Florem nullum aut ſemen profert. (etſi apud Paulum falsò legatur δικτάμνου ἄνθος) Pharmacopolarum ψευδοδίκταμνο & florem & ſemen profert: quam ob cauſam malumus ſuccedaneo vti, quàm incognita illa radice qua pro Dictamno vtuntur Pharmacopolæ. Pulegium itaque pro Dictamno iniecimus, quia nulla eſt herba quæ propiùs accedat ad Dictamni facultatem ipſo Pulegio, docente ipſo Dioſc. Præſtat omnia quæ ſatiuum Pulegium, ſed efficaciùs multo: & Gal. Dictamnum tenuiore eſſentia conſtat quàm Pulegium, cætera illi ſimile. Quod ſi per omnia ſimile, haudquaquam malè pro Dictamno recipietur, cùm ipſe Auicenna in omnibus deſcriptionibus pro Dictamno Pulegium poſuerit, Præterea à Nicandro in ſuis Theriacis, Dioſc. Serapione, Paulo & Aëtio ad morſus venenatorum commendatur.

Non mireris candide Lector ſi pro FLORE IVNCI ODORATI, quem vno vocabulo Schœnanthon vulgus appellat, herbam ipſam monſtremus. Audi Gal. Adhæc Iuncum ex Arabia peti-

petitum imponere præcipit: neſcio qua de cauſa, ſchœnanthum, id eſt, iunci florem à vulgaribus appellatam. Nos ſiquidem, cùm florum copia non adſit, iunco vtimur ex Arabia comportato, cuius ſummitatem Cameli ſæpenumero abroſerunt: iucundiſſimè namque hunc iuncum Cameli paſcuntur ſecus vias ibi plurimum naſcentem. Ex his diſce, multa fuiſſe ſimplicia tempore Galeni, qualia nunc ſunt. Non itaque peccant qui iuncum ipſum huic compoſitioni imponunt, vt ex Gal. loco iam citato patet, & Dioſc. qui ait radicem & herbam eiuſdem eſſe facultatis cum flore & efficaciæ. Imò ſi flores adferrentur, abiiciendi eſſent & poſtponendi iunco ipſi, nam cùm ſint admodum tenuium partium, eorum vis facilè euaneſcit, & priuſquam ad nos peruenirent planè inodori redderentur.

DE THVRE nihil inpræſentiarum dicemus.

Quamquam TEREBINTHVS hoc agro Mompeliano frequens ſit, non tamen Terebinthinam habemus: & quemadmodum Lentiſcus, hîc alioqui frequens, Lentiſcinam non ſtillat, ob Solis imbecillitatem; ſic nec Terebinthus Terebinthinam. Sed Galeni doctrinam ſecuti pro Terebinthina Abietinam coniecimus. nam 4. ſanitatis tuendæ ſic ſcripſit: Quòd ſi copia Abietinæ non adſit,

eius loco Terebinthina. Cùm pro Abietina Terebinthinam ponendam doceat: sic ecòntrà pro Terebinthina Abietinam recipiemus. Quod euidentiùs monstrat alio in loco his verbis: Quinetiam in penuria Terebinthinæ tum ἐκ τῶν κεφαλλήνων ὑγρὰ, tum frictam commodè admisceas, non minùs etiam iis & Abietinam immittas, Quòd si fortè quis hanc resinam Abietinã esse neget, Mastichen ponemus, quæ inter resinas principatũ obtinet, teste Gal. vel vt Dioscor. Terebinthinæ respondet viribus. Eidem forsitan augebit quòd in Paulo legatur, πρινόβινος μαστίχης, quasi vellet dicere: Resinæ Mastichinæ, vel Mastichen & Terebinthinam imponi velit. Tu iudica.

CASSIAM FISTVLAREM vocat Cassiam Ligneam, aut Cinnamomum crassum; ne qui existiment eum intelligere Cassiam illam fistularem Arabum quæ vim habet laxandi ventrem. Est enim Cinnamomum crassum efficax, vt odor & sapor mostrant. Nec absurdum est dimidium Cinnamomi pro Cassia constituere, cùm pro Cinnamomo duplum Cassiæ ponendum sit.

STYRAX eligenda optima.

NARDVM nemo debet damnare quòd spica non sit, sed potius radix. Nam Gal. his verbis docet esse radicem. Iubet deinde Andromachus Nardum Indicam imponere, quam ex eo

quia

quia Spicæ figuram imitetur, Nardi ſpicam nominant, quamuis radix ſit. Rurſus Diamocrates νάρδου ῥίζαν ἰνδῆς ſcripſit, non ſpicam. Indica autem dicitur, non quòd in India naſcatur, ſed quòd in aliquo monte naſcatur Indiam ſpectante, quemadmodum Syriaca quæ in monte Syriam ſpectante. Eodem modo & Britannica dicitur (ea eſt Biſtorta vulgaris) non quòd in Britannia naſcatur, ſed quòd in regione Britanniam ſpectante. Cæterum Nardus Indica cæteris efficacior eſt.

Nunc ad THLASPI veniendum, quod omnibus incognitum putat Manardus, eo fortaſſe quòd nunquam viderit. Vt autem verum fatear, non omnibus cognitũ fuit Thlaſpi, ſed iis dumtaxat qui de re herbaria bene meriti ſunt. Eius deſcriptionem require in Dioſc. Frequens eſt in ſemitis Toloſani agri, & aliis pleriſque locis. Temperamento calido eſt vt Naſturtium. Auicenna pro Thlaſpi Seſeli legit, & in Arabico Thlaſpilętatur vulgus Pharmacopolarum, quod Sinapi ſpecies quædam eſt, alba ab illis appellata.

SEMEN APII reſtituimus ex deſcriptione ad Pamphilianum. In Paulo enim & Auicenna idem ſcriptum reperimus, tum etiam in Theriaca Antiochi Philometeros in medicamento anodyno κάκιστα dicto: rurſum in Zenonis,

Aëtij, Galli, Theriacis: quod etsi vt Petroselinum aduersus venena parum aut nihil prosit, ad alios morbos non parum iuuat.

Pro MALABATHRO, vt benè à maioribus nostris visum est, ponendam censuimus Spicam. habet enim folium eandem cum Spica facultatem, teste Gal. lib. 6. de simpl. Idem scripsit Paul. in succedaneis. Quòd si æqualem vel similem habet facultatem, frustrà additur Maris, cùm neque addendum quicquam dicat, neque detrahendum. Auicenna post Malabathrum addit Epithymum, qua ratione nescio; quemadmodũ & Moschum post Piper longum.

HYPOCISTHIS etiam sub Lado reperitur, quod Cisti species est, longiora habens folia & glutinosa.

NARDVS nostra CELTICA ea verè est quam Antiqui Celticam vocauerunt: non igitur reiicienda: neque audiendus Marcellus, qui negat Spicam nostram esse Celticam. Raro autem visitur, quia in summis montibus nascitur quos perpetua nix obsidet.

Pro TERRA LEMNIA sumimus Bolum præparatum, vt Gal. docuit, neque eam ob causam vituperanda est hæc terra. quòd a Lemno non aduehatur. Est enim hæc terra medicamentosa, lutumque cum aqua ex ea fit quod habet desiccandi facultatem, & astrictionem non

non contemnendam, qua catarrhos sistit: prodest tempore pestis. Vt in summa dicam: mallem hac vti, quàm Terra sigillata egregiè adulterata. Rubrica Lemnia à Gal. vocatur.

Difficilius fuit iudicare quid pro CHALCITIDE accipiendum esset, cùm Atramentum Sutorium quod χάλκανθον, σῶρυ, μίσυ, χαλκῖτις parum ab inuicem differre videantur. Et quanquam non grauis esset error, si χάλκανθον, vel μίσυ, vel σῶρυ, pro Chalcitide posuissemus (sunt enim facultatis eiusdem) tamen Chalcitin veram maluimus accipere, quam (vt præcipit) assari curauimus, & quod magis spumosum erat accepimus. Χαλκῖτις Vitriolum Romanum non est, quanquam easdem habeat facultates, sed Chalcanthi videtur species: quia vrenda est donec nihil viridis appareat, estq. χαλκοειδὴς, id est, similis æri. Vrunt Pharmacopœi Chalcitin donec rubra fiat: sed ineptè illi: non enim vsque adeò est adurenda. Ait enim Gal. vrendam donec fiat cineritia & amittat viride, vt ostendat quantitatem adustionis. Nos itaque legimus, *tostæ*; & non, *ustæ*, vt est apud Gal.

Quid sit AMOMVM, vt ingenuè fatear, ignoro: malo enim meam fateri ignorantiam, quàm studiosis hac in re aliquomodo imponere. Non me latet multos fuisse in Gallia & in Hispania

qui se inuenisse gloriantur : cum nihil minus fecerint. Nam semen illud quod pro Amomo monstrant inodorum, nigrum, lene, gustu neque acre neque erodens est ; cum debeat esse candidum, modicè rufum, semine plenũ, vuarũ racemis simile, ponderosum, odoratissimum, acre, gustu erodens. Nos pro Amomo Acorum posuimus. Amomum, vt inquit Gal. Acoro similem facultatem obtinet. Ergo Acorum pro Amomo nefas non erit ponere. Sunt qui Amomum pomum Hierichontis dicãt quod carè admodum venditur, ob id quod mulieres fabulentur conducere ad partum. In Alexandria frequens; & ad nos adueheretur, si præmoniti essent mercatores.

Mirabitur aliquis quòd pro ACORO in omnibus locis Galangam crassam, non vulgarem illam radicem posuerimus : Sed ne id temerè factum existimes, sciendum est, hanc vulgarem radicem Acorum non posse esse, tum quia rubra est, & ingrato odore: cum vera Acorus albam habeat radicem, gustu acrẽ, odore non insuauem, vt ait Dioscor. Cum autem hæc omnia in Galanga manifestissimè inueniantur, &, vt Musa testatur, florem croceũ & folia Iridis angustiora habeat, Acorum dicimus esse.

Etsi Fuchsius Valerianam neget esse PHV, Valerianam pro Phu posuimus: non

non enim valet eius ratio. Phu caulis λεῖος καὶ τρυφερὸς, id est, lenis & tener exsistit. Valerianæ caulis anguloſus : cum herba & lenis & quadrato caule poſsit eſſe. Quod de floribus dicit ſimiles Narciſſo non eſſe, veriſimile videtur : flores tamen habere pallidos, ſicut & Narciſſus: quod ſufficit, cum omnes aliæ notæ nullo pacto diſcrepent.

CARPOBALSAMVM vulgare nullam aut paucam vim habere videtur, & puto ſemen eſſe Terebinthi. Eam ob cauſam Cubebas vulgò vocatas ponendas dixerim, quæ forſitan verius ſint Carpobalſamum, quàm Carpeſium, niſi reclamet Actuarius. At Gal. lib. de Antidotis Carpeſium dicit eſſe herbam Phu appellato genere ſimilem, validiorem tamen, atque aromaticum quiddam plus olentem. Et eodem loco: Tenuia quædam Carpeſij ſarmenta Cinnamomi virgultis ſimilia ſunt; non ſemen igitur poteſt eſſe. Cubebæ autem non multum viribus & temperamento differunt à Carpobalſamo. Dioſc. ait Carpobalſamum adulterari ſemine Hyperico ſimili, quod Terebinthi ſemen eſſe videtur, vt ex Theophraſto patet.

PRO ACACIA Prunellorum ſuccum ponere non eſt abſurdum. Poteſt & Rhus pro Acacia poni, quia, vt ait Dioſc. folia Acaciæ effectus præbent, vt in ſuccedaneis reperitur ſuccus Lentiſci.

BITVMEN IVDAICVM Græcis ἄσφαλτος communiter laudatur quod purpuræ modo splendet. Nigrum adulteratum est. Sed cùm aliud non aduehatur nisi pice imbutum, dosin augere oportet. Eiusdem facultatis est cum Pissasphalto, quod vulgo Mumiam appellant. Pissasphaltum autem mediam facultatem habet inter Picem & Asphaltum: eam ob causam Auicenna & quidam alij pro Bitumine Mumiam ponunt. Asphalton deprehendes ex odore Trifolij fœtidi, quod à Bituminis odore ἀσφάλτου dictũ est. Quod ad nos adfertur Pissasphalton est. Cùm Dioscor. ait probari si purpuræ modo splendeat, non ita intelligendum est quasi velit habere purpuræ colorem, sed quod in sua nigredine splendeat vt purpura in suo colore, aut quod simile ad purpuræ exsaturatæ, quæ quodammodo ad nigredinem tendit. Plurimis locis prouenit, vt in Aruernia, &c.

CENTAVRII, TENVIS folia & flores ponimus, non radices, quas tanquam inutiles rejicit Gal. & Dioscor. etsi lumen illud Pharmacopolarum aliter sentiat.

Ne quis nos reprehendat quòd ARISTOLOCHIAM tenuem, non Clematitin aut Rotundam, vt in lib. ad Pamphilianum scriptum est, adjecerimus: non enim id temerè factum est:

Nam

Nam in carminibus ſcriptum inuenimus ἐ λεπτὴν ῥίζαν ἀριστολόχου: & ad Piſonem tenuem dicit. huc accedit quod de Clematiti, ait Gal. Quæ Clematitis appellatur fragrantior eſt, ita vt ad vnguenta vtantur Vnguentarij; ſed ad ſanationes infirmior. Hîc autem non ad voluptatem ſed ad ſanitatem ponitur: tenuis igitur ponenda eſt, caſtigandusque eſt locus ille, ne parum cauti fallantur. Interpres Centunculum vertit: Centunculum autem Latini appellant Gnaphalion. Si autem addatur Gnaphalion, id erit præter Andromachi, Galeni, aliorumque mentem. Nec interpretibus ſemper fides eſt adhibenda, etiamſi Græcè & Latinè periti ſint. Malim enim illos minùs diſertos eſſe, & rerum benè peritos: hi ſiquidem ſolœciſmum in nominibus dumtaxat committunt, illi autem in rebus & ſæpè in vita. Hîc itaque neque rotundam Ariſtolochiam neque Clematitin aut Polyrrhizon, quæ vnguentis parandis aptiores ſunt, imponemus: ſed longam dumtaxat Ariſtolochiam, ſiue tenuem, quæ ad medicamenta conuenit. Proueniunt autem omnes Ariſtolochiæ ſpecies, quæ quatuor ſunt, frequentiſſimè agro Mompeliano. Quam pro longa pingit Fuchſius Clematitis eſt.

Qui Cornicum oculos configunt, hunc CALAMVM ODORATVM reji-

ciunt, non quia inefficax sit, sed quia Calamus araneis non est plenus. Fieri autem potest vt Calamus dicatur: eius autem radix tantùm sit in vsu, vt de spica admonuimus. Sin tibi hæc ratio non placet, aliam accipe. Duæ sunt species Calami odorati: Alterum quod à Gal. describitur: Alterum in Mœotide nascens, radice subalbida, sine calamis, intùs plena & amara, specie acori: quem Calamum falsò quidam Acorum esse putauerunt, in quorum numero fuit Manardus qui pro Acoro Calamum aromaticum semper ponit. At vtrumque genus Acorum odore superat, non igitur rejicienda hæc radix, cùm Calami sit radix.

XYLOBALSAMVM hoc commune, verum sit [n]écne, incerti planè sumus: nam quicunque de Balsamo scripsere inter se dissentiunt. Quòd inefficax sit, facilè quilibet iudicare potest ex odore, sapore & crassitie partium. Sin autem pro eo ligno incognito & adulterato Zedoaria vulgo dicta quis vti voluerit, sine noxa poterit. Zedoaria enim cal. & sic. est in secundo ordine, vt Xylobalsamum valet aduersus venena, pestem. Commodè itaque illa vti possumus, quandoquidem temper. & viribus respondeat Xylobalsamo. Non autem in omnibus sumenda pro Xylobalsamo: sed hîc, quia iam

semel

semel in hac compositione posita sunt succedanea eius, maluimus hac radice vti.

De AMARACO si Nicolaus Præpositus dubitet, non mirum est; cùm res admodum obscura sit & ad iudicandum difficilis. Nam Dioscor. Plin. Columel. Iul. Lucret. Virgil. Diocles medicus, vno ore Amaracum Sampsuchum appellant. Gal. tamen & Paulus diuersas herbas tradunt. nam in 3° ordine calef. & exsic. Sampsuchum collocant, Amaracum verò in 2° siccare & tertio calefacere volunt. Amaracus Gal. & Paulo Matricaria vulgaris est, & Parthenion Dioscor. atque vtramque ponemus: quanquam non multum referret si neutra poneretur; nam vt Gal. testatur, multi suo tempore & Marum & Amaracum reiiciebant.

Hæc sunt, Candide Lector, quæ cum festinatione quadam annotauimus. Et hoc esto Exemplar eius quæ ex Consilio Doctorum Mompelij dispensatur.

Theriaca quæ γαληνὴ, id est, Tranquilla cognominatur, hæc recipit.

℞. *Pastillorum Scillinorum* ʒ xlviij
Pastillorum Theriacorum
Magmatis Hedychroi
Piperis nigri
Opij singul. ʒ xxiiij.

Rosarum

Roſarum ſiccarum
Scordij Cretenſis
Semin. Napi
Iridis Illyricæ
Agarici Pontici
Cinnamomi
Glycyrrhizæ ſucci
Opobalſami Singul. ʒ xij.
Croci
Gingiberis
Rhapontici
Radicis Quinquæ ſolij
Nepitæ
Marrubij
Petroſelini
Stœchados
Coſti
Piperis albi
Piperis longi
Dictamni Cretenſis
Iunci odorati
Thuris
Terebinthinæ
Caſiæ fiſtulæ
Nardi Indicæ ſing. ʒ vj.
Polij Cretenſis
Seſelios
Styracis
Seminis Apij
Thlaſpi
Ammeos
Chamædryos
Chamæpityos

Succi Hypocisthidis
Malabathri
Nardi Gallicæ
Radic. Gentianæ
Aniſi
Mei Atamantici
Seminis Fœniculi
Terræ Lemniæ
Chalcitidis toſtæ
Amomi
Acori
Phu Pontici
Carpobalſami
Hyperici
Acaciæ
Gummi
Cardamomi ſing. ʒ iiij.
Seminis Dauci
Galbani
Sagapeni
Opopanacis
Bituminis
Caſtorei
Centaurij tenuis
Ariſtolochiæ tenuis ſing. ʒ ij.
Mellis Attici ʒ CL.
Vini Falerni q. ſ.

ADMONITVM autem hic velim Lectorem, vt huius Compoſitionis normam exactè contempletur, quæ illi plurimum prodeſſe poterit in aliis Medicamentis dijudicandis. Omnes enim hîc ferè traduntur Canones qui in huiuſmo-

huiusmodi compositionibus tradi solent. E quorum numero paucos colligemus, vt memoria suppeditabit.

Primùm itaque in omni Compositione id obseruandum, vt præcipua & veluti totius medicamenti fundamenta primo loco ponantur, quod hîc etiam obseruatum est in Pastillis Scillinis & Theriacalibus. Iuuat enim plurimum non in Compositionibus solùm, sed in reliquis omnibus, si aptus ordo seruetur. Paraturus igitur medicamentum in summis digitis habere debet quæcunque illud ingredi debeant, & ex his considerare quæ decoctionem ferre possint, quæ minimè: Ex his rursus quæ decoctionem ferunt, ea primo loco imponat quæ diutiùs decoctionem ferunt, vt radices densas & inodoras: Odoratæ enim & raræ decoctionem non ferrent: Deinde ea injiciat quæ minùs coctionem ferunt, vt herbas: Postremò quæ nullam omnino. Præterea quæ simpl. maiori quantitate assumuntur, ea primo loco imponenda: quæ minori, secundo loco, atque ita deinceps gradatim: Vt in hac Compositione est obseruatum. Eius enim prima dosis est drachmarum 48. altera 24. tertia 12. quarta 6. quinta 4. vltima (melle dempto) drachmarum 2. Sed & alius Canon obseruandus est, & hîc obseruatus. nempe: Ea quæ ad alterationem ponuntur, maiori

maiori debere esse quantitate: quæ verò ad castigationem, minori. Sed de his hactenus. Nunc Theriacæ facultates breuibus persequamur.

THERIACA MAGNA ad eadem valet ad quæ Asyncritum. Efficacior tamen est ad omnia; sed eædem hic obseruandæ limitationes, quæ illîc; sitne scilicet Recens an antiqua. Recens enim vt frigidior est, sic ad morbos calidos conuenit: Antiqua frigidis opitulatur: Quæ mediæ ætatis est, morbis medio modo se habentibus confert. Sed neque id nouisse sufficit. Nam propriis cuilibet affectui medicamentis commiscere debet. Exempli gratia: si ad fluxum sanguinis, cum aqua bursæ pastoris misceatur, & sic de reliquis.

Apoplexiæ prodest si valde antiqua detur: quia in tali affectu egemus attenuatione humorum crassorum Apoplexiam comitantium.

Epilepticis conuenit recens; etiamsi Epilepsia sit à nimio sensu, nam recens obtundit sensum illum exactum. Si verò fiat ab humore crasso (quod scio rarissimè accidere) exhibenda antiqua.

Raucedini vocis si à crassis humoribus fiat, conuenit antiqua; sin à defluxione tenui, recens.

Asthmati recens, si à retentione calidorum, sin à crassis humoribus, antiqua.

Ictе-

Ictericis & Hydropicis antiqua.

Peripneumonicis & pleuriticis recens datur in principio, cùm tales affectus fiant per defluxionem, idque cum aqua hordei.

Ilioſis recens, quia inflammatio eſt. Dyſentericis recens cum ſucco aliquo refrigerante. Nephriticis recens ad ſedandum dolorem.

Menſtrua educit antiquiſſima, neque ſolùm educit & prouocat menſtrua; ſed & immodicas menſium fluxiones ſiſtit, vt inquit Gal. lib. de Theriaca ad piſon. Miſtam variamque facultatem, inquit, habet. ideò alia diffundens extenuansque cogit excerni, alia quæ ob natiuæ virtutis imbecillitatem ſuperflua excernuntur, viribus partium confirmatis ſolet inhibere.

Lepras & Variolas emendat antiqua.

Præcipuè contra omnia venena recens, quia venenum eſt tenuiſſimarum partium: Tota itaque cura conſiſtere debet in conſeruando corde, ne ad illud ſcilicet penetret vis veneni. Incraſſandi ſunt ergo meatus. hoc autem medicamentum non modò incraſſat recens, ſed & refrigerat, verumque eſt Alexipharmacum.

Omnem defectionem ſenſuum leuat antiqua. Recens enim magis ſenſus ſtupefaceret. Retardat ſenectutem, inquit Gal. quia excrementa corpo-

corporis absumit, non euacuat.

Quartanis febribus & contumacibus soluendis apta est Theriaca antiqua (quod experientia comprobatum est Mompelij 1551.) vbi iam apparent signa concoctionis. Cùm enim Pharmacopœus quidam iamdiu laborasset quartana enexpugnabili, ea solutus est media hyeme solo vsu triduano Theriacæ à nobis præscripto.

Expertus sum præterea dysenteriæ conuenire. Acceperat enim Scriba quidam satis inconsultè ʒ ij. Colocynthidis, vnde Dysenteriam inciderat. Præbui illi ʒ j. Theriacæ nuper paratæ, & conualuit eo solo remedio adhibito.

Rursum ederant quidam salsamenta putrida, è quibus duo obierunt, tertius me consulto, vomitione facta Theriacam sumpsit, & curatus est.

Vt autem finem dicendi faciam, recens valet aduersus venena: antiqua verò aduersus morbos diuturnos & inueteratos.

Rejicio eorum sententiam qui Theriacam pueris recens natis præbent, ne sint obnoxij (vt aiunt mulierculæ) venenis.

Data enim pueris iam primùm in lucem editis calorem natiuũ obruere potest recens. cùm frigida admodum sit. Antiqua verò sua caliditate euanescere faceret eundem calorem.

Varia autem eius est dosis ; quæ à multis indicationibus, sumitur. Si enim affecta pars sit remota, ratione optima dabitur maiori quantitate, quàm si sit propinqua: vt si ad Podagram, dari debet maiori quantitate quàm si ad Ventriculum. Recens item minori quantitate danda est quàm antiqua. Recens enim periculo non vacat ; at antiqua ratione caliditatis naturæ amicior est. Calidum enim quodam modo secundum naturam est.

Hæc sunt Theriacæ commoda quæ persequi nobis libuit. Plura require apud Gal. de Theriaca ad Pisonem, qui sigillatim eius facultates describit.

FOR-

FORMVLÆ SELECTIORVM PHARMACORVM, QVORVM, post Val. Cordum, vsus in illustrium aliquot Rerumpublicarum Officinis receptus est.

Theriaca Pauperum ex Diatessaro composita.

℞. Gentianæ Baccarum Lauri
Myrrhæ
Aristolochiæ rotundæ ana ʒ ij.
Boli Armeni præp. Dictamni albi
Tormentillæ Scordij
Carlinæ Zedoariæ ana ʒ j.
Rob Sambuci Iuniperi ana ℥ x.
Mellis q. s.

Electuarium contra pestem pro pauperibus.

℞. Ficuum pinguium lib. dimidiam
Nucum iuglandium ʒ ij.
Fol. Rutæ ʒ iij.
Zedoariæ ʒ ij.
Boli Armeni ʒ iij.
Rob Iuniperini ʒ ij.
Rad. Gentianæ ʒ j.
Theriacæ electæ ʒ iiij.

Syrupi de ſucco Acetoſæ q. ſ.

Diaſcordium Fracaſtorij

℞. Cinnamomi
Caſſiæ lignæ ana ʒ ß.
Scordij veri ʒ j.
Dictamni Cretici Tormentillæ
Biſtortæ ana ʒ ß.
Galbani Gummi Arabici ana ʒ iiij.
Opij ʒ j. ß.
Styracis calamitæ ʒ iiij. ß.
Seminis Acetoſæ ʒ j. ß.
Gentianæ ʒ iiij.
Boli armeni ʒ j. ß.
Terræ Lemniæ ʒ ß.
Piperis longi Zingiberis ana ʒ ij.
Mellis albi lib. ij. ß.
Conſeruæ Roſarum lib. j.
Vini aromatici lib. ß.
Fiat Electuarium ſ. a.

Confert In febribus contagioſis peſtilentibus, vbi potiſſimùm Theriaca & alia magna Antidota locum non habent, vt in pueris & grauidis. In Cephalia etiam Epidemica, cum aqua oxalidis aut triſolij acetoſi feliciter exhibetur. Fracaſtorius in peſte correptis ac extremè deſperatis hoc modo exhibet: Succi oxydis ʒ ij. ſucci Citri ʒ j. Diaſcordij ʒ j. Species. cord. è gemmis ə ij. aceti ʒ j. miſce.

Electuarium

Electuarium de Ovo, Maximiliani I. Imp.

℞. Ouum gallinæ recens, & educto per apicem albumine, id quod vacuum est croco orientali non pulueriſato, imple, vitellum non auferendo: poſtea cum alio putamine iterum occlude, ne quid tranſpiret, & lento igne, vel poſt fornacem tamdiu aſſa in ollula, donec tota oui teſta nigreſcere incipiat, diligenter cauendo ne crocus comburatur. Exemta è teſta materia exſiccetur vt in mortario exquiſitiſſimè contundi, & in puluerem redigi queat, addendo pulueris ſinapis albi quantum prædicta omnia ponderant. Poſtea

℞. Pulueris Dictamni albi
Tormentillæ ana ʒ ij.
Myrrhæ Cornu cerui
Nucis vomicæ ana ʒ j.
Rad. Angelicæ
Pimpinellæ
Granorum Iuniperi
Zedoariæ
Camphoræ ana ʒ ß.

Miſce omnia ſimul in mortario, & tandem adjice Theriaces optimæ ad pondus omnium, ac iterum piſtillo fortiter contunde & commiſce, per tres quaſi integras horas agitando: deinde fiat Electuarium vt eſt artis.

Quibus Nux vomica ſuſpecta eſſe ſolet, ſubſtituunt ſemen Citri, aut rad. Petaſitidis. Præterea ſi qui à Camphora vehementer afficiuntur, dimidium tantùm Camphoræ ſumatur, aut etiam omnino omittatur; præſertim ſi frequenter vſurpandum ſit hoc Electuarium loco præſeruationis.

Multis experimentis comprobata eſt excellentia huius Electuarij, & procſecreto habitum fuit, neque diuulgandum eſſe cenſuerunt quidam. Datur ieiuno magnitudine ciceris, & horas xxiiij. à peſte præſeruat, Peſtee correptus, ſi febris adfuerit, capiat de eo aureum vnum ex aqua plantaginis.

Electuarium de Limatura Chalybis, pro oppilatis.

℞. Limaturæ Chalybis ʒ ij. ß.

Teratur benè ſuper marmor duriſs. cum aceto in ſubtiliſs. puluerem. exſiccetur in loco calido, vel ad ſolem, idque ſepties repetatur. Huius limaturæ ſic præparatæ ʒ ij.

Cinnamomi opt.
Nucis muſcatæ ana ʒ ß.
Rhabarbari opt. ϑ ij.
Specier. Aromatici roſati ʒ ß. ß.
Mellis opt. deſpumati & Sacchari clarificati ana ʒ iij.

Len-

Lento igne fiat Electuarium.

Aliter.

℞. Limaturæ chalybis præparatæ ʒ ij.
Specier. Diarhod. abb. Diacurcumæ ana ʒ ß.
Epithymi Thymi ana ʒ ij.
Mellis despumati q. s.

Est eius vsus frequens in jecoris diuturna obstructione, & albo virgunculorum ictero. Datur post purgatum corpus à ʒ ij. ad ℥ ß. subsequente valido aliquo exercitio, aut corporis motu vehementiore.

Electuarium Opticum Occonis.

℞. Specier. Pliris archontici
Seminis Fœniculi ana ʒ j.
Macis Cubebarum
Cinnamomi
Piperis longi
Caryophyllorum ana ϑ ß.
Euphragiæ ℥ ß.
Succi Saluiæ Rutæ
Chelidonij ana ℥ ß.
Saccari clarificati ʒ j.
Mellis rosati ʒ v.

Coquantur succi cum melle ad solitam consistentiam, deinde species tritæ addantur.

Puluis Epilepticus.

℞. Rad. Pæoniæ collectæ luna decrescente ʒ ij.
Dictamni albi ℈ iiij.
Viſci quercini ʒ j. ß.
Cubebarum
Coriandr. præpar. ana ʒ ß.
Nucis Moſchatæ ʒ j.
Fiat puluis.

Puluis partum promouens Helidei de Paduanis.

℞. Cinnamomi Croci ana ℈ ß.
Boracis ℈ iiij.

Datur ex aqua Artemiſiæ, vel ſimili.

Augetur efficacia ſi pro prudenti Medici arbitrio, exigente neceſſitate, admiſceatur teſticulorum equinorum aridorum aut jülorum nucum iuglandium puluis admiſceatur.

Puluis aduerſus Scabiem in Italia vſitatiſsimus.

℞. Sulphuris viui
Nitri veri, vel eius loco Salis gemmei
Foliorum Maioranæ ana ʒ ij.
Lithargyri aurei
Cort. rad. Ellebori nigri ana ʒ. j.
Pimpinellæ ʒ ß.

Seorſim trita, cribrata & miſta, ſeruantur, & cum oleo Roſato ac Coſtino cuti affricantur.

Puluis pro vlceribus gutturis.

℞. Sulphuris vini ʒ iiij.
Myrrhæ rubeæ
Aluminis Sacchar. ana ʒ ij.
Maſtiches Thuris ana ʒ ß.
Pyrethri ʒ vj. Fiat puluis.
℞. huius puluꝛis ʒ j.
Vini ſublimati lib. j.

Puluis hic felici ſucceſſu gutturis antiqua ac fœda vlcera repurgat & perſanat, præcipuè in luevenerea.

Puluis Violarum odoratus.

℞. Iridis Florentinæ ʒ vj.
Roſarum rub. ʒ iiij.
Cyperi ʒ ß.
Maioranæ Caryophyllorum
Styracis ana ʒ j.
Beniouin Santali Citrini ana ʒ ß.
Violarum ʒ iij.
Moſchi ʒ j. Fiat puluis.

Puluis hic tametſi ad odoramenta præſtanda potiſſimùm expetitur, caput tamen extrinſecus adhibitus eximiè roborat, nec non cordis palpitationi medetur.

Syrupus è Roſis ſiccis.

℞. Infuſionis Roſarum aridarum aliquoties lege artis factæ.
Saccari ana.

Syrupus Althææ Fernelij.

℞. Rad. Althææ ʒ ij.
Cicerum rubeorum ʒ j.
Rad. Graminis Aſparagi
Glycyrrhizæ mund. Vuarum paſſar.
expurgat. ana ʒ ß.
Summitatum Althææ Maluæ
Parietariæ Pimpinellæ
Plantaginis
Adianthi vtriuſque ana manip. j.

Quatuor ſeminum frigidorum maiorum & minorum ana ʒ iij.

Coquantur ex aquæ libb. ſex dum quatuor ſuperſint, cum ſaccari albi libris quatuor, ad conſiſtentiam Syrupi.

Craſſam obſtruentemque pituitam, purulentamque ſaniem & arenulas blandè expurgat, citra manifeſtum calorem. vrinæ præterea mitigat ardorem.

Syrupus Meliſſæ Fernelij.

℞. Rad. Dictamni albi Pentaphylli
Rad. Betonicæ
Doronici Romani ana ʒ ß.
Foliorum Meliſſæ Scabioſæ
Succiſæ vel morſus
Florum Bugloſſi vtriuſque
Roriſmarini ana manip. j.
Seminis Acetoſæ
Citrij mali

Fœni-

Fœniculi Cardui benedicti
Ocimi ana ʒ iij.
Coquantur in aquæ libris iiij. ad dimidias. expreſſo addantur
Saccari albi lib. iij. Succi Meliſſæ
Aquæ Roſarum ana lib. ß.
Percoquantur in Syrupum conditum
Cinnamomi & Santali citrini ana ℥ ß.
Ante alios cordis palpitationi & ſyncopæ ſuccurrit: peculiariter verò peſtilentium & venenatorum morborum malignitatem obtundit.

Syrupus Auguſtini Nyphi.

℞. Corticum Myrobalanorũ citrinorũ
Rad. Rhapontici vulg. ſiue Centauriſ maioris recent.
Fol. Senæ Epithymi ana ℥ j.
Polypodij quercini.
Fol. Fumiterræ
Lupulorum recent. ana lib. j.
Glycyrrhizæ contuſæ
Sem. Aniſi ana ʒ iij.
Florum Boraginis Bugloſſæ
Violarum ʒ ij.
Fiat omnium decoctio vt moris eſt, Decocto excolato, quod erit, ad lib. ij. admiſceatur
Succi Lupulorum
Succi Fumi terræ depurat. ana lib. j.
Saccari clarificati q. ſ.
Fiat Syrupus ſ. a. & condiatur cum pauculo Moſchi & Ambræ.

Datur

Datur ab vncijs iiij. ad vj. cum aqua Lupulorum.

In Italia, præsertim Neapoli, est vsitatissimus ad cutis vitia, luem veneream, epatis calidam & siccam intemperiem; quartanam ac lentam febrim. Educit pituitam salsam & humores melancholicos. Patauij addunt Hellebori nigri non nihil.

Syrupus de Scolopendrio, Fernelij.

℞. Polypodij quercini
Rad. Buglossi vtriusque
Cort. rad. Capparorum
Cort. Tamarisci ana ℥ ij.
Scolopendrij veri, seu Ceterach, manip. iij.
Lupuli Capillorum veneris
Cuscutæ Melissophylli ana manip. ij.

Coquantur in aquæ libris nouem ad remanentiam librarum quinque: colaturæ huic adde saccari albi lib. iiij. Percoqnantur iu Syrupum.

Crassam terrenamque melancholiam extenuat, mollit, fluxilemque reddit: lienem obstructione liberat, tumentemque soluit.

Syrupus de Polypodio.

Variæ sunt Syrupi de Polypodio descriptiones. Sed quarum omnium vicem suplere potest alteruter præcedentium Syruporum duorum.

Lobech

Lohoch è caulibus, Gordonij.

℞. Succi Caulium rubeorum depurati & clarificati libram vnam
Croci ʒ ij.
Mellis despumati Saccari ana lib. ß.
Fiat eclegma secundum artem.

In morbis pectoris vtile: plurimumque valet in emni raucedine & ablatione vocis.

Hydromel simplex.

℞. Mellis libram vnam
Aquæ pluuiæ vel fontis libras octo

Decoquantur donec mel non amplius spumet.

Hydromel compositum.

℞. Aquæ fontis libras viginti
Mellis despumati libram vnam
Saluiæ Origani an. pug. semis
Anisi Coriandri ana ℥ j.
Glycyrrhizæ ʒ ij.
Cinnamomi ℥ j. ß.

Bulliant ad consumtionem quartæ partis & colentur.

Hydromel purgans.

℞. Hydromelitis ℨ xxxij.
Caricarum pinguium num. viij.
Fol. Senæ electæ
Polypodij quercini ana ℨ ß.
Sem. Anisi ʒ j.

Cinna-

Cinnamomi ʒ ß.
Zingiberis ∂ j.
Coquantur ad medias: colaturæ adde
Sacchari Candi rubei ℥ ij.
Misce vt artis est.

Eccoproticon felix, pueris, senibus, ac ijs quos sedes remorantur familiare.

Oxymel elleboratum, Gesneri.

℞. Calamenthi Thymi Pulegij
Cardui benedicti
Rosarum rubrarum
Menthæ crispæ ana p. j.
Sem. Anisi Ocymi Sem.
Vrticæ Romanæ
Sem. Anethi ana ʒ j.
Rad. Angelicæ
Rad. Fœniculi Althææ
Scillæ Iridis nostræ
Turbith ana ℥ ß.
Ellebori albi
Esulæ præparatæ ana ʒ ij.
Rad. Asari ʒ j. ß.
Galangæ Cinnamomi
Calami aromatici ana ʒ j.

Omnia trita infunde in aceti acerrimi lib. ij. ß. vel q. s. triduo in sole vel ad fornacem in vitreo vase obturato. Tum decoquantur in olla vitreata ad dimidium ferè; tum colabis modicè exprimendo, addesque mellis despumati, saccari ana lib. j. & ad consumtionem aceti decoques ad syrupi con-

consistentiam. Dosis ad mouendam aluum ab ʒ ß. vsque ad ʒ vj. cum decoctione senæ & polypodij, vel syrupo violato alioúe solutiuo.

Confert Epilepsiæ, asthmati, & omnibus morbis à materia frigida, crassa, tenaci, à phlegmate & melancholia dependente.

Potus Hippocraticus.

℞. Cinnamomi electi ʒ ij.
Zingiberis
Galangæ ana ℈ ij.
Nucis moschatæ ℈ j.
Sacchari albissimi ℥ xvj.
Vini albi potentis ac odoriferi lib. v.

Macerando probè tecta per horas octo vel decem, posteaque sæpe sæpius percolanda redigantur in potum Hippocraticum, transcolatum liquorem aromatibus in manica Hippocratis contentis semper affundendo.

Cerebrum & ventriculum roborat, spíritus auget, vitales facultates fulcit, amissas vires reparat, ac infirmæ coctioni opem præstat.

Cremor Ptisanæ.

℞. Hordei mundi excorticati lib. ß.
Aquæ q. s.

Bulliat semel. facta ebullitione remoueatur prima aqua, & affundatur recens; quæ iterum coquatur ad consumtionem

tionem medietatis, ac per pannum colatur.

Tabidis ex vsu est, hecticis, consumtis, & à prolixo morbo extenuatis idoneus ac perutilis.

Mostarda seu Diasinapi.

℞. Pul. seminis Sinapi lib. iiij. ß.
Salis communis albiss. lib. ij.
Vini rubei q. s.

Infundantur per noctem agitata in vase lapideo aut testaceo vitreato amplo, manè addendo

Corticum Citri melle conditorum, & crassiusculè incisorum ʒ iiij.

Conseruæ pro Mostarda lib. xviij.

Melazij, id est, spumæ Sacchari nigræ & liquidæ, lib. xlij.
Caryophyllorum ʒ j. ß.
Nucis moschatæ ʒ ij.

Aromata etiam crassiusculè incidantur, ac cum prædictis omnibus misceantur, seruenturque sic in vsum debitum.

Conserua pro Mostarda.

℞. Cydoniorum recentium in radula seu tyrochneste rasorum partes tres
Mellis despumati partes duas.
Coquantur s. a. & seruentur vsui.

Mostarda ventriculum laxum ac frigidum corrigit, mollitiem eius aufert, coctionem procurat, appetentiamque delectam erigit. Adhibetur potissimùm

ad

ad embammata seu intinctus mensis magnatum.

Passulæ Laxatiuæ.

℞. Fol. Senæ Alexand. ʒ iiij.
Cinnamomi electi
Zingiberis ana ϑ iiij.
Aq. Endiuiæ & Vini albi ana ʒ xiiij.

Infundantur per horas sex aut octo; deinde ebulliant, ac leniter exprimantur: huic decocto post colaturam adde Sacchari albi ʒ iiij.

Coquantur simul ferè vsque ad consistentiam Syrupi, injiciendo tum, vt adhuc simul leniter bulliant, Passularum minorum repurgatarum ʒ xij. Atque sic lege artis post iustam coctionem reponantur. Eodem modo parantur & Zibebæ, & Pruna laxatiua.

Quamuis à longinquis partibus ob facilitatem vix quicquam educere possint; dantur nihilo minus pueris, delicatulis, & hominibus alias medicinas purgantes respuentibus. Adstrictam enim aluum leniunt, fæcesque diutius detentas expellunt.

Electuarium purgans de Pomo Citrio.

℞. Corticum Citrij pomi condit.
Conseruæ Borag.
Buglossæ

Violarum ana ʒ ß.
Specier. Diatragacanthi frig.
Diacrydij ana ʒ ß.
Turpeti opt. ʒ vj.
Saccari albi lib. j. in aquis cordialibus destillatis dissoluti.
Fiat Electuarium.

Plurimùm in Gallia in vsu est. Euacuat omnes humores. Nonnulli additis folijs senæ, & pauculo Zinziberee ac croco tabellas conficiunt s. a. locco Electuarij.

Holippæ purgantes.

℞, Turbith electi ʒ v.
Diagrydij ʒ ij.
Zingiberis Cinnamomi ana ʒ j. ß.
Hermodactylorum ʒ j.

Pulueriſata infundantur per noctem in aqua Roſarum fragrātiſſima: manè colentur & exprimantur. Cum hoc expreſſo ac colato, & ſufficienti farina triticea candidiſſima, ac ſacchari albiſſimi ʒ iiij. fiant s. a. Holippæ

Pituitoſos bilioſosque humores eduxcunt, nec non ferosa excrementa euacuant. Vſui ſunt iis potiſſimúm quibus appetitus peruerſitas alterius medicamenti ſumtionem diſſuadet.

Diaſarum Fernelij.

℞. Syr. de Mentha
Violarum ana ʒ iiij.

Co-

Coquantur ad mellis craſſitiem : ſub finem , amoto igne, inſpergantur
Radic. Peponis aridarum
Sem. Raphani
Vrticæ maceratorum in aqua Roſarum, & rurſum arefactorum ac tritorum ana ʒ ß.
Rad. Aſari contrit. & per cribrum excretarum ʒ j.
Cinnamomi
Sem. Fœniculi ana ʒ j. ß.
Fiat Electuarium liquidum.

Dantur ʒ iij. ex aqua hordei, vel mulſa , aut ſero lactis

Omnis generis humores circa ventriculum & præcordia exuperantes vomitione ducit, non continuato, ſed ex interuallis facto impetu ; vt ſenibus quoque & alijs imbecillibus corporibus non obſit.

Puluis contra Hydropem, Eraſti.

℞. Pul. foliorum Soldanellæ ʒ j. ß.
Fol. Senæ ʒ ij.
Turpeti vel Rhabarbari ϑ j.
Sacchari ʒ j.
Miſce, fiat Puluis.

Quidam addunt pulueris lumbricorum terreſtrium præparatorum & exſiccatorum ad pondus omnium.

Puluis contra Vermes.

℞. Sem. Santonici ʒ ij.

Coriandri præparati ℈ ʃ.
Cornu Ceruini vsti ʒ ʃ.
Corallinæ ʒ ß.
Sem. Caulium ʒ ʃ. ß.
Rhabarbari opt. ʒ ʃ.
Sacchari ʒ ʃ. ß.
Miſce, fiat Puluis.

Cùm Rhabarbarum pueris non ſemper ſit acceptum, quidam loco Rhabarbari ſumunt tantundem vel paulo plus foliorum Senæ.

Pilulæ de Nitro, Alexandri Tralliani.

℞. Aloës Colocynthidos
Scammonij Bdellij
Hellebori nigri præparati
Gummi Arabici ana ʒ ij.
Euphorbij præparati Nitri ana ʒ ß.

Cum ſucco Braſſicæ & Melle cocto fiat maſſa. Valent ad omnem humorem euacuandum à partibus remotioribus. In doloribus luis venereæ, Epilepſia, & alijs pertinacibus morbis plurimi in Italia & alibi vſus.

Pilulæ Iliacæ Rhaſis.

℞. Colocynthidos
Sagapeni ana ʒ vj.
Diagrydij ʒ ij.
Cum ſucco porri fiant pilulæ.

Cum iudicio vſurpandæ ſunt hæ pilulæ. Dantur à ℈ ij. ad ʒ ʃ. Velociter paſſionem

sionem soluunt iliacam. Cephalalgicis, hemicranicis saluberrimæ ; nec in hydrope & cachexia contemnendæ.

Trochisci de Rosis simplices, Mesuæ.

℞. Folior. Rosarum ʒ x.
Glycyrrhizæ ʒ v.
Spicæ Aromaticæ, siue Indicæ ʒ ij ß.
Tritis omnibus fiant Trochisci ex vino albo.

His si Scammonij opt. ʒ iij. adjiciantur, conficiuntur Trochisci purgantes.

Trochisci de Violis purgantes, Mesuæ.

℞. Violarum purpurearum mundatarum, & mediocriter exsiccatarum ʒ vj.
Turpeti albi & gummosi ʒ iiij.
Succi Glycyrrhiyæ Mannæ ana ʒ ij.
Succus Glycyrrhizæ, Manna & Violæ, simul benè conterantur: quibus addatur puluis tenuissimus Turpeti: diu simul terantur, & cum Syrupo violato, si opus fuerit, formentur Trochisci. Validiores autem efficiuntur si Diagrydij ℈ viij. addantur.

His vtimur ad expurgandam pituitam lentam in thorace, cui bilis vitellina est permista; facitque ad difficultatem spirandi.

Sief album cum Opio & sine Opio.

℞. Gummi Arabici Tragacanthæ Amyli ana ʒ iiij.

Ceruſſæ lotæ ʒ vj.
Sarcocollæ nutritæ ʒ iij.
Opij ʒ j. Cum albumine oui fiat Sief. Paratur etiam ſine Opio, vt vtrumque ſit in promptu.

Collyrium album Galeni.

℞. Cadmiæ lotæ, id eſt, Tutiæ præparatæ ʒ xvj.
Ceruſſæ ℥ j.
Amyli Gummi Arabici
Tragacanthæ ana ʒ iiij. Opij ʒ ij.
Excipiantur cum aqua pluuia vel roſacea, & fiat Collyrium ſiccum. Paratur etiam ſine Opio.

Ad Oculorum vſtiones, puſtulas, chimoſes, fluxiones, lippitudines acres, ac dolores inde natos leniendos faciunt hæc Collyria. Sed poſterius in Italia eſt frequentius vſitatum.

Pomum Ambræ.

℞. Santali Citrini ʒ vj. ϑ ij.
Ligni Aloës ℥ ß.
Roſarum rubearum Baſiliconis
Lauendulæ Anthos
Maioranæ ana ʒ iij. ϑ j.
Corticum Citri ʒ vij.
Cinnamomi Nucis Moſchatæ
Macis Caryophyllorum
Coriandrorum præparatorum
Cardamomi ana ʒ iij. ϑ j.
Labdani puri ℥ viij.

Sty-

Styracis Calamitæ ʒ vj. ∋ ij.
Styracis liquidæ ʒ iij.
Aſæ dulcis ʒ x.
Ceræ citrinæ ℥ j. ß.
Terebinthinæ Cypriæ ℥ iiij.
Aquæ Roſarum ℥ ij. ß.
Moſchi Alexandrini
Ambræ cin. ∋ ij. ß.
Fiat maſſa

Odore ſpiritus inſtaurat, & cordi robur addit.

Vſus eſt maximè cùm aliqua aëris inquinati ſuſpicio viget: cui tunc temporis Angelica, Zedoaria, Ruta, & præſertim Camphora rectè adjicitur.

Candelæ pro ſuffitu.

℞. Styracis Calamitæ
Carbonum Salicis ana ʒ ij.
Benzoini ℥ j.
Caryophyllorum ʒ ß.
Laudani ʒ vj.
Terebinthinæ Cypriæ & Mucilaginis
Tragacanthæ cum Aqua Roſarum factæ q. ſ.

Fiant Candelæ, Tedæ, vel Auiculæ: quibus pro delicatioribus Galliam Moſchatam aut Ambram addere licebit.

Oleum Ranarum Meſuæ.

Ranarum fluuiatilium libra dimidia decoquitur in olei Seſamini ſextario,

in vitro optimè clauſo vſque ad ipſarum diſſolutionem.

Arthritidi & Podagræ calidæ prodeſt.

Oleum præſtantiſſ. vermes necans & expellens.

℞. Myrrhæ electæ ʒ vij.
Maſtiches ʒ ix.
Aloës Epaticæ ʒ xviij.
Salis communis lib. j.

Contuſa omnia per retortam igne lento deſtillentur magna diligentia. Exibit primò aqua, dein oleum admirandum: cuius (inquit Melichius) vnica gutta precioſiſſimis etiam gemmis eſt precioſior. Siquidem infantes à vermibus infeſtatos inunctum liberat à morte. Vulnera etiam niſi in ipſa vſque oſſa penetrent, guttula vna conſolidat intra horas xxiiij.

Oleum Balſami.

℞. Terebinthinæ ʒ xviij.
Myrrhæ Cinnamomi
Caryophyllorum
Nucis muſcatæ Aloës
Cubebarum Caſtorei
Zedoariæ
Maſtiches Galangæ
Ligni Aloës
Tormentillæ
Dictamni abi ana ʒ ß.

Gummi

Gummi hederæ
Thuris ana ℥ ij.
Olei Laurini Galbani
Gummi Elemi
Olei Oliuarum
Aquæ vitæ ana ℥ vj.
Rad. Chelidoniæ Sarcocollæ
Matrisiluæ
Saluiæ ana man. ſ.

Terenda tere & cum aqua vitæ permiſce, atq. cum Terebinthina in cucurbitã benè clauſam immiſſã, in balneo Mariæ calenti quatriduum depone. Dein ſuper cineribus igne lento deſtilla, ita vt biduo opus abſoluas.

Valde à Melichio hic liquor commendatur in paralyſi, neruis contractis, dolore dentium, peſtiferis apoſtematibus, pauculis guttulis.

Oleum Ceræ ex deſcriptione Melichij

Præſtantiſſimarum eſſe virium, inquit, comperimus ad dolores hypochondriorum & Stomachi. Tuſſi medetur; vulnera ſimplicia, quæque in partibus facta ſunt neruoſis, curat. Quod intra corpus exhiberi ſolet, ſic fit:

Cera liquata in aquam communem projicitur octies aut decies, dein per retortam, cui cineres non ſubſunt, deſtillatur igne moderato. Initio autem non oleum, ſed quiddam butyro ſimile pro-

dit: ideoque quinquies vel sexies repetita destillatione opus erit, donec non concrescat amplius oleum. Quod si coagulari videris destillationem repete, donec sincerum prodeat oleum.

Alio modo fit vulneribus sanandis vtile.

Cera liquata in vinum album quàm haberi poterit optimum, projicitur octies deciesve, semperque diligenter subigitur. Dein destillatione modo descripta oleum elicitur.

Oleum Zanetinum, ex descriptione Melichij.

Patauinis & Venetis est in vsu, & miracula præstat: calidum enim quantum tolerari potest vulneri instillatum, glutinando xxiiij. horarum spatio persanat.

℞. Apij manip. ij.
Chelidonij M. iiij.
Rori smarini Cicilianæ
Plantaginis Absinthij ana M. ij.
Saluiæ M. iiij. Millefolij M. ij.
Flor. Calendulæ M. vj.
Flor. Verbasci M. iiij.
Laurentinæ M. vj.
Laureolæ M. iiij.
Succi Rutæ ʒ iij.
Olei communis lib. vj.
Terebinthinæ
Resinæ Pini ana lib. iiij.

Gal-

Galbani ʒ iij.
Viridis Æris ʒ iiij.

Ex herbis contusis succus exprimitur, quo galbanum dissoluitur. Additis postea oleo & terebinthina, in vase cooperto simul coquuntur, donec omnis succus sit absumtus: quo facto per stamen fortissimè exprimuntur. Expresso adhuc calenti mox viride æris additur, & tam diu subigitur, donec exactè sit commixtum, & colorem viridem adipiscatur oleum.

Vnguentum Alabastrinum, Fauentini.

℞. Succi Chamæmeli recent. ʒ iiij.
Succi Rosarum recent. ʒ ij.
Succi Rutæ recent.
Betonicæ ana ʒ j. ß.
Succi Radicum Althææ ʒ ij.
Olei Rosati Omphacini lib. j, ß.
Alabastri opt. & puriss. ʒ iij.

Pulueriscentur subtiliter, & per diem naturalem infundantur in oleo omphacino, deinde cum ceræ albæ q. s. ex omnibns fiat vnguentum.

Prodest in omni dolore capitis, siue per essentiam, siue per consensum, assit febris vel non: ac in omni tempore paroxysmi possumus vti, excepto principio.

Vn-

Vnguentum de Tabaco sive Petò, Iouberti.

℞. Foliorum Peti lib. ij.
Pingued. Porci recent. vel diligenter lotæ lib. j.

Herba maceretur per noctem in vino rubro. Manè bulliat igne lento cum pinguedine, ad vini consumtionem, & coletur exprimendo: colato addantur.

Succi Peti lib. ß.
Resinæ abiegnæ ʒ iiij ß.

Coquantur ad succi consumtionem, circa finem addendo

Rad. Aristolochiæ rotundæ pulueriſatæ ʒ ij.
Ceræ nouæ q. ſ.

Fiat vnguentum. Si malis Ceratum, augeatur pondus Ceræ: Si magis siccare & consolidare, addantur Mumiæ & Succini ana ʒ iij.

Vsurpatur efficaciter ad scabiem, & præsertim tineam capitis; item ad vicera & vulnera, tam recentia quàm antiqua; ad inflammationes & furunculos: aduſta quoque & morphæam; ad tela item ac globulos extrahendos.

Vnguentum ex succis, Iul. Cæsaris Arantij.

℞. Olei Rosati opt. lib. j.
Ceræ albæ nouæ ʒ viij.
Foliorum Plantaginis Lapatij
Solani Centaurei minoris ana man. ij.
Herbę pridie cęlo sereno, orto iam sole,

sole, æstate aut antumno ineunte collectæ, bulliant donec probè coctæ fuerint, postea colentur, torculari exprimantur. Expressum verò, abiectis herbis, denuo moderatè ferueat vnà cum oleo, in quo cera lento igne liquescat, donec omnis aquea absumatur humiditas, & solidam vnguenti formam acquisierit; quo ferè iam refrigerato, adde camphoræ puluerisatæ ʒ ß.

Vlceribus fœdis ac malignis opitulatur: mundificat, siccat, abstergit, coquit, & consolidat, fluxiones acres in iisdem temperat, inflammationes reprimit, ac sinus cicatrice tegit.

Vnguentum Pediculorum.

℞. Sem. Staphisagriæ ʒ ij.
Hellebori albi ʒ j.
Salis ʒ ij.
Argenti viui ʒ ij.
Aceti vini ʒ ij.
Axungiæ porcinæ lib. ß.
Olei laurini ʒ ix.
Saponis veneti lib. ß.

Fiat vnguentum secundùm artem. Quidam omittunt Saponem venetum: quidam addunt oleum Spicæ.

Vnguen-

Vnguentum ad verrucas seu caruncula
in meatu vrinario natas,
Alphonsi Ferrij.

℞. Mercurij præcipitati ʒ ij.
Vnguenti de Ceruſſa ℥ ß.

Addatur his pro magnitudine affectus aliquid olei vitrioli aut aquæ fortis, immittendo de his parum ſupra candelam ceream in canalem. Poteſt autem locco vnguenti de ceruſſa à principio ſumi vnguentum Anodynum in æqua cum Præcipitato portione.

Candelæ ſic fiunt in hunc vſum.

℞. Ceræ albæ lib. ß.
Terebinthinæ Venetæ ℥ ß.

Liqueſcat cera; poſtea addatur Terebinthina, & in his liquatis intinganturn ellychnia, fiantque candelæ iuſtam craſſitiem habentes.

Vnguentum Anodynum.

℞. Olei Liliorum alborum ℥ vj.
Anethini Chamæmelini an. ℥ ij.
Olei Amygdalarum dulcium ℥ ß.
Pinguedinis Anatis Gallinæ an. ℥ ij.
Ceræ albæ parum.

Ceratum ex Betonica Auguſtanor.

℞. Terebinthinæ Reſinæ Pini
Ceræ flauæ an. ℥ ij.

Beto-

Betonicæ puluerisatæ ℥ v.
Mastiches Thuris an. ʒ ij.
Mumiæ ʒ j. ß. Misce, fiat malagma.

Vsus huius cerati est in vulneribus capitis. Vulgo ita fit:

℞. Resinæ puræ
Ceræ nouæ ana ℥ vj.
Terebinthinæ lib. ij.
Succi Apij Betonicæ
Plantaginis an. ℥ vj.

Ceratum Diachalciteos, Galeni seu Diapalmæ.

℞. Axungiæ Porci veteris à membranis per liquationem & colationem purgatæ lib. ij.
Olei veteris
Lithargyri triti & creti an. lib. iij.

Chalcitidis vstæ, siue eius loco vitrioli stalactici ℥ iiij.

Liquefactis igni axungiæ & oleo misceatur Lithargyrū & Chalcitis siue Vitriolum, mouendo continuò rudicula ex ramo Palmæ recentissimo confecta: ac vbi propè excoctum erit, adde Tenerorum Palmæ ramorum minutim incisorum, & in nodulo ligatorum manip. iiij. Coquantur ad Cerati crassitiem. In defectu ramorum Palmæ sumatur rudicula ex recenti ligno Quercus.

Ambustis, ruptis & contusis, vul-

neri

neribus cruentis, tumoribusque pestilentibus vtile.

Ceratum pro Herniosis, Noribergensibus vsitatum, ex descriptione Volkeri Coiter Frisij.

℞. Pul. Masticches Mumiæ
Thuris Electri siue Succini
Gummi Arabici
Tragacanthæ
Aloës opt. Balaustiorum
Rosarum an. ʒ ß.
Sanguinis Draconis
Boli Armeni
Lapidis Hæmatitis an. ʒ vj.
Olei Rosarum ℥ iij.
Mirtini Mastichini an. ʒ j.
Cum Cera & Resina q. s. Fiat Ceratum.

Emplastrum ad Tophos, Augustanorum.

℞. Picis naualis
Colophoniæ an. ʒ iij.
Mucilaginis Radicum Althææ ʒ ij. ß.
Galbani Masticches Myrrhæ
Thuris Ammoniaci an. ʒ j. ß.
Propoleos Viſci Quercini
Aristolochiæ rotundæ Æris vsti
Ceræ citrinæ
Terebinthinæ an. ʒ iij.

Fiat secundum artem Emplastrum.

In tumoribus & nodis luis Venereæ felici successu vsurpatur.

Empla-

Emplastrum de Ranis, Vigonis, ex correctione Rondeletij.

℞. Olei Chamæmelini Anethini
De spica Liliorum an. ʒ ij.
Pinguedinis Porci
Pinguedinis Vituli an. lib. j.
Euphorbij Thuris ʒ v.
Olei Laurini ʒ j. ß.
Pinguedinis viperæ ʒ ij. ß.
Ranarum viuentium num. vj.
Lumbricorum lotorum in vino ʒ iij. ß.
Succi rad. Ebuli
Enulæ Campanæ an. ʒ ij.
Schœnanthi Stœchados
Matricariæ an. manip. j.
Vini generosi lib. ß.

Bulliant omnia ad consumptionem vini.

Colaturæ adde litharg. auri lib. j. & diu agitentur. Deinde adde ceræ citrinæ q. s. Terebinthinæ abietis ʒ ij. Auferantur ab igne, & adde Styracis liquidæ ʒ j. ß. Agitentur fortiter. Postquam refrixerit aliqua ex parte, adde Argenti viui extincti in saliua hominis ieiuni ʒ iiij. Fiat Emplastrum.

Hoc Emplastrum, inquit Rondeletius, recipit quantitatem paruam Argenti viui: quare efficacius reddetur ad omnia, si Argenti viui ʒ vj. receperit, & Euphorbij ʒ ß. Quòd Argentum

viuum extinguitur ſaliua, ſuperſtitioſum eſt & inutile.

Lapis ſcepticus, ſeu Cauterium potentiale, Auguſtanorum.

℞. Cineris Clauellati
Calcis viuæ an. partes æquales.

Macerentur per dies aliquot in aqua communi: poſtea colentur, & durum coquatur vt artis eſt.

Eo chirurgi in parandis emiſſariis ſeu fonticulis ac abſceſſibus extrorſum vergentibus communiter vtuntur.

Lapis Philoſophorum, Auguſtanorum.

℞. Aluminis Rochæ, ſeu communis
Vitrioli Hungarici an. lib. j.

Miſceantur in olla non vitreata, affundendo aquæ fontanæ lib. iiij. Hæc perpetuò agitando ad ignem lentum ſpumam ſemper auferendo liqueſcant. poſtea adde
Boli Armeni ʒ j. ß
Ceruſſæ albæ & mundiſſimæ ʒ j.
Camphoræ ʒ ij.

Minutiſsimè pulueriſata miſceantur, rudicula ſemper agitando, ac ſub finem addendo
Aceti vini albi lib. ß.
Coque ad iuſtam lapidis conſiſtentiam.

Mirabilis eius vſus in vlceribus fluidis, ac putrida humiditate fœdis: ſinus & fi-

& fistulas extergit ac consolidat: vlceribus insuper malignis, quæ cacoëthe vocant, cicatricem inducit.

Errata.

Pag. 29. lin. Doro. *pro* Doromici *lege* Doronici.
Pag. 36. lin. pyricis. *pro* Empyricis, *lege* Empyicis
Pag. 40. lin. Dau. *pro* Aniæ *lege* Anisi.
Pag. 50. lin. *longis.* pro *quaatum* lege *quartum.*
Pag. 126. lin. 3. *pro* MEI *lege* MEL.
Pag. 204. lin. *Carthar.* pro *Cartharticum* lege *Catharticum.*

INDEX IN VAL. CORDI RECEPTARIVM.

A.

ABIETINA resina 497. 498.
Abrotonum 104
Absinthium Ponticum 135. 282
Absinthium Romanum 135
Absinthium rusticum ibid.
Acacia 104 112.376
Acacia succedanea 104.109. 112.340.503
Acini 313
Acori loco quid 48.57
Acorrus 116.230.502
Acorus verus quid 62.104
Adianthum nigrum 176
Adipum præparatio 338
Adulteria simplicium medicamentorum 376
Aeromeli 221
Aerugo 308
Agaricus Trochiscatus 247
Ageratum 40
Agresta 130
Albatecha 249
Alleluia 296
Allium silvestre 485
Aloes præparatio 331
Alum 84
Alypias 88
Alypias loco quid 87
Alypum ibid.
Alzanahan, alchanach, alzanach 322
Amaracus 133.236.237. 299 303.483
Amarena cerasa 267
Ambra 257
Ambræ pomum 534
Amentum dulce 309
Amomi loco quid 47.64. 103.121.192.227.239.
Amomum verum 79.81
Amomum falsum 79.81. 121 501
Amylum 35
Anchusa 274
Angelica 59.116
Anguria 179
Animalium partium dejectus 376
Anthera 251
Antiballomena 423
Antimonium 85
Antophylli 28
Aphace 497
Apium 499
Apparine 309
Aquæ marinæ loco quid 276
Archeutida 239
Aristoloch rotunda 110. 256.265.504
Aristol. tenuis 104.109
Aromaticum Garyophyl. 18
Aromaticū rosatum Gal. 19
Aromaticum Indicorum libellus Garciæ 18
Arthanita 315
Arum 112
Asarum 37
Aspalathi loco quid 235. 236.237.239
Aspalathus 235
Asphaltum 94
Aspis 480
Asplenium 141.144 267
Aurea Alexandrina 77
Auri & argenti limatura 22
Aurum aut argent. foliatum merum 54
Aurum coctum 78

B.

BAlanus Myrepsica 285
Balaustium 102
Balsami loco quid 77.243
Balsamita 43.44.295
Balsamum quid significet 80.243.488.489

Bardana

Bardana 311
Batega 249
Baucia 92
Bedeguar 150 188
Benedicta laxatiua 191
Bistorta 499
Bitumen Iudaicum 94
Blatta Byzantia 239.491
Bolus Armenæ 484.500
Borax 309
Branca vrsina 87
Brassica siluestr. ibid.
Britannica 499
Bugloſſa domeſtica 194
Bugloſſa siluestr. 274
Bugloſſa vulgaris 158
Bulbi sem. loco 90
Bunias 101.106
Buphthalmum 296
Burungi 76

C.

Cachris 116
Calamintha campeſtris 23
Calamint domeſtica 139
Calamint. montana 23
Calamint. sil. 140
Calami arom. veri loco quid 235.236.237.239.260.
Calamus arom. 230
Calamus odoratus 505.
Calamus vnguentarius 239
Camphorata 297
Candelæ pro ſuffitu 535
Cappillus Veneris verus 177
Carabe 257
Cardamomum 19.20
Carduncellus 296
Carduus benedictus ibid.
Carneola 50
Carolina 150
Carota 92
Carpeſium 503
Carpobalſami ſuccedanea 22.43.275
Carpobalſamus 275.503
Caryon myrepſicon 276
Carydion ibid
Caſiæ flos 411
Caſſia 106.260
fiſtula 43.102.448
extracta communis 411
extracta ſine fol. Senæ 174
extracta cum fol. Senæ 175
extracta pro clyſter 175
lignea 19 20.43.486.498
Cataputia maior 286
Catharticum Imperiale 204
Caulis agreſtis 87
Cauterium potentiale 546
Cathengit 315
Catholicon 182.183
Celtica 204
Centaurium malus 491.492
tenue 504
Centumneruia 295
Ceraſtes 480
Cerota 318
Cerotum infrigidans Gal. ibid.
Santalinum 319
Stomachale ibid.
Cerotum ex Betonica 542
Diachalciteos, vel Diapalma 543
pro Herniosis 544
Ceterach 141.177
Chalcanthum 501
Chalcitis 103.104.501
Chalcitidis aſſatio 501
Chalcu cecaumenos 328
Chamædrys 49
Chamæmelum 321
Chamæpitys 103.133.188
Cherua 285.286
Cheyri 243.280
Cicuta 484
Cinnamomum 486.498
Cinnamomum craſſum 26
tenue ibid.

Cinnamum 26.274
Citri semen 489
Collyrium album 534
Colocynthidis præparatio 335
Comæ 23.102
in Compositionibus quid observandum 510
Condita varia 124
Confectio cordialis 53
Hamech 415
Hamech maior 186
Hamech minor 187
Liberans 51
Anacardina 76
Confectiones aromaticæ 16
Opiatæ 64,& seq.
Conyza 292
Cõseruaru faciẽdarũratio 123
Conserua pro Mostarda 528.
Consolida maior 84
Corallium rutilum ibid.
Corticum delectus 373
Costus 21.37.495
hortensis 301
Cotula maior 406
Crassula 295
Cremor Ptisanæ 527
Cretamus agrestis 123
Crinon 274
Crispula 296
Crithmum spinosum 63
Crocus Cilicius 101
Coricius 108
Croton 286
Cubebæ 239
Cuminum præparatum quid 24
Cyanea glycyrrhiza 108
Cyclamen 315
Cymbalaris 311
Cyminum Carmenum 214
Cyperis 46
Cyperus rotundus & longus ibid.
Cyphi trochisci 111

D.

Darseni 265
Dauci Cretici loco quid 43.44.66.78.104 109.
Daucus Creticus quis 433
Denarius 203
Dentalium 310
Diacalaminthon Gal. 241
Mesuæ 231
Diacameron 211
Diacarthamum 197
Diacatholicum 182.412
Diacodium Actuarij 83
comp. Mesuæ 82
simp. Mesuæ ibid.
Diacasia cum Manna 173
Diacastorium 85
Diachalcitis 543
Diacinnamomum 25
Diacitonium simplex 124
è succo cydoniorum 126
compos. 125
Diacorum 61
Diacostum 37
Diacuminum 24
Diacurcuma maior 40
Diadamascenum 181
Diagalanga 32
Diahyssopum 36
Diairis Salomonis 33
simplex ibid.
Dialacca maior 39
Diamarenatum comp 167
simpl. ibid.
Diamargaritum calid. 28
frigidum 27
Diambra 20
Diamoron 166
Valerij Cordi. ibid.
Diamoschum amarum 31
dulce 30
Dianisum Mesuæ 19
Dianthos 27
Diaolibanum 64
Diapalma 543
Diapapauer 170.171
Diapenidion 32
Diaphœnicon 188.409
in forma solida 190

Dia-

Diaprassium 41
Diaprunum comp. laxat. 182
compost.non laxat. 180
Diarhodon abbatis 37
Diasarum 530
Diasatyrion Mesuæ 90
Nicolai 89
Diascordium 516
Diasebesten 414
Diasena 191
Diasinapi 528
Diathamaron 21
Diatragacanthum calid. 35
frigid. 34
Diatrion pipereon 46
Diatrion santalon 45
Diaturbith cum thabarb. 196
minus 197
maius 196
Diaxyloaloes 45
Diazingiber 47
Dictamnus Creticus 102.495
Dictamnus vulgaris 233
Diploma 259
Dosis sacchari ad conseruas 124
Dosis Specierum ad libram vnam sacchari in confect. solidis 16
Dosis Specierum ad libram vnam mellis 64
Drosomeli 221
Dulcis radix 83

E.

Laterium 217
Elect. de baccis Lauri 89
De limatura Chalybis 518
De pomo Citrio 529
Diascordium 516
Diapæonias 60
Ducis 47
Eleschof 192
Episcop. ibid.
Lætitiæ Gal. 53
de Gemmis 49
Indum 410
Indum maius 183
Indum minus 185
Iustinum 51
Lætificans Rhasis 54
Lenitiuum 176.414
Lenitiuum de Manna 177
Opticum 519
de Ouo 517
contra Pestem 515
Plirisarcoticum 56
de Psyllio 193
Resumptiuum 60
Rosatum Mesuæ 194
de succo Rosarum in forma solida 195
de Sebeste 178
Elelisphacon 77.297
Ellebori nigri extractio 345
Elops 480
Emplastra 320
Emplastr. album coctum 329
Apostolicon 326
Apostolicon aliud 327
de Baccis Lauri 331
Basilicon magnum 330
de Crusta panis ibid.
Diachylon compos. 320
Diachylon magnum 321
Diachylon paruum 322
Diachylon mpl. 320
Griseum 329
de Meliloto 323
de Mucilag. 320
Oxycroceum 325
de Rania 545
contra Sophos 544
Triapharmacum 325
Viride 330
Endiuia vera 140
Entalium 369
Epatis lupini præparatio 338
Epitaphium Val. Cordi 367

Erucæ semen 76.77
Eruum 479
Ebrium 499
Esdræ Antidotus Actuarij 221
Antidotus Aetij 118
Esulæ præparatio 336
Eupatorij eiusq. succi succedaneum 40.150
Eupatorium 40.213
Extractiones purgantium medicament. artificiosæ 344

F.

Filix 316
Filticum 92
Flores casiæ fistulæ solutiuæ 172
Florum delectus 372
Flos æris 291
Fœniculus porcinus 44.58
Folii Garyophyllorum 191
Folii succedaneum 16.17. 46.56. 60.116. 117.118. 150.235.
Folium 17.18
Indum 103
Malobathri 103.110
De fornace facienda 356
Fraxinella 233
Fructus Balsami 107
Fructuum delectus 373

G.

Galanga magna 17
rusa 17
Galbanum 491
Gallæ cupressi 251
Gallion, 118.295. 300
Gemmæ Populi 284
Gentianis radix 109
Gersa serpentaria 310
Gersam faciendi modus 336
Glandes siue suppos. 207
Glans vnguentaria 285
Gleba Armena 433
Gluten Alchanach, alzanahan, alzanach 322
Glycyrrhiza 177
Glycyrrhizæ succus 487
Gnaphalion 505
Grana Solis 192.210
Granum Ben 285
Gratiola 40.211
Gummi splendidum 109
Arab. 1044
vermiculatum 1041

H.

Halus, aut Halum, siue Alum 84
Hedychroon magma 483
Helenium 274
Hepatis lupini præparatio 338
Hepatica 177
Heptaphyllon 493
Herba crassula 295
Iudaica 295
Sanctæ Mariæ 295.301
ibid.
Moschata 296
Paralysis 123.295
Turcha 296
Venti 300
Herbarum delectus 371
Hermela 230
Hiera Pachij 202
Aromatica 422
picra composita 199
picra cum Agarico 199
picra simpl. 198
picra Rhasis ad pilul. coch. 214
Hieralogodium 200
Holippæ purgantes 530
Hydromel simplex 525
Compositum 525
Purgans ibid.
Hypocistis 83.500
Hyssopus humida 316

I.

Iarus 292
Iasme 194
Iasmini flos ibid.
Indicorum aromatum libellus Garciæ 18
Imperatoria 58.59
Infusio Rosarum 136
Violarum 137
Iris Illyrica 70
Iua 103
arthritica 133
moschata 188
Iulep. Rosatum 158
Violatum 159
Iuncus Arabicus 106
odoratus 118.121. 496
Iuniperus magna 239

L.

Laccæ ablutio 332
Lacchryma Terebinthi 108
Lachrymarum delectus 375
Lapathiolum 296
Lapis Armenus 191
cancrorum 257
Lapis scepticus 546
philosophorum 546
Lappa maior 311
Lassulata 301
Lauendula 286
Laureola 292
Laurus & Laurinum oleum 488
Lenitiua & Solutiua 172
Lepidium maius 217
Lepis chalcu 322
Leucopiper 261
Libanotidis species 116
Libanum 325
Libra medicinalis 16
Lichen 177
Ligustrum 279
Limatura auri, argenti 22
Limaturæ ferri ptæparat. 334
Liugua auis 73.91
ceruina 145.300
Lithontribon 57
Lohoch 168
Lohoch ad asthma 172
è Caulibus 525
de Papauere 170
de Pino 169
de pulmone Vulpis 171
sanum & expert. 168
de Scylla 171
Luph planum 92
Luph crispum 92

M.

Mabathematicum 87
Macedonicum 49. 57
Macropiper 261
Magma Hedychroum 108.483
Maiorana 235
Malobathrum 103.500
Malobathri folium 107
succedaneum 103.108. 109.238.239.
Malum terræ 203
Maueræ loco quid 122
Mandragora 484
Mandragoræ pomorum succi pænuria quid 262. 263
foliorum loco quid 311
Manna Orientalis 221
Manus Christi perlata 35
Marathrum 300
Marum 235.483.507
Mari loco quid 234.237
Matricaria 299.300
Mastiche 20.498
Maturella 296
Medulla Cerasorum 927
Medulla prunorum 179

Medullarum præparatio 338
Medulla prunorum acetos. 179
Mei loco quid 57.58.108
Mel Anacardinum 162
Emblicorum ibid.
Odoratum aromaticum Dantiscanum 138.139
Rosatum 160
Rosatum aliud efficacius ibid.
Passularum 162
Tabarzet 169
Melanagogum extractum 405
Melanopiper 261
Mellis Attici loco quid 115
Melon Magnus Indus 249
Mentha aquatica 270
crispa 298
Græca 301
Romana 301
Saracenica 296.301
Mentastrum 248.
Meum 44.58.
Meu 58.79
Meu loco quid 65.79. 103.
Mezerei præparatio 336
Michleta 88
Milium Solis 192.210
Mira solis 286
Mithridates Rex 477
Mithridatium ibid.
Andromachi 116
Damocratis 110
ex Cleopatro & Antipatro 113
Miua cytoniorum arom. 159
Cytoniorum simp. 159
Moschocaryon 276
Moschus 17.19.484
Mostarda 528
Mucharus 136
Muria 266
Musa Enea, siue Egetea vel Zazenea 65
Muzus sapor 138
Myrobal. nigri 214.215
Myrrha 490
Troglodytica 101
Myrtha 300.303
Myrtus 270.303

N.

Nabuch 164
Napus 79.92.101
Narcissus 503
Nardi Indicæ loco quid 115
Nardus Celtica 70.110. 500
Galatica 107
Indica 115.118.499
Nardus quid 51.59
Nasalia 206
Nasturtium album 214
Nenuphar 28.154
Nepita 494
Neremisch 55
Nerion 121
Nigra spina 109
Nihil album 312
Notæ ponderum 342
Nucleus seminum quid 28
Nux Indica moschata 276
Myristica 48
Vnguentaria 276
Nymphæa, alba & lutea 28.154.

O.

Obolus 115
Oculi cancrorum 257
Ocymum citratum 30
Oesypus 316.322
Oesypum faciendi modus 339
Oleander 121
Olea 258
Oleorum nat. & vires 351
Oleorum distillatio artificiosa 348

Oleum Absinthij 282
Amygd.amarorum 285
Amygd dulcium 284
Anethinum 278
Balaninum 285
Balsami 536
de Cappare 267
Castorei 264
Ceræ 537
Chamæmelinum 278
de Cherua 285
Cheyrinum 280
Costinum 260
Cytoniorum 269
de Euphorbio 263
Formicarum 266
Hyoscyami 286
Hyperici 271
Iasminum 280
Irinum 272.273
ex Iuniperi granis 259
ex Iuniperi ligno 258
de Lateribus 267
Laurinum 287 488
Lugustrinum 279
Lilinum 278
Lumbricorum 266
Mandragoræ 262
Mastichinum 263
Menthæ 281
Moschelinum 275
Myrtillorum 280
Myrtinum 281
Narcissinum 279
Nardinum compositt. 259
Nardinum simp. 259
Nenupharis albi 283
Citrini 283
ex Nymphæa citrina 283
Nymphæatum album 283
Papaueris 286
de Piperibus 261
Populinum 283
Populinum aliud 284
Ranarum 535
Rosaceum 282
Rutæ 277
Sambucinum 279
Sampsuchinum 270
Scorpionum compos. 265
Scorpionum simp. 265
Sesaminum 287
Spicæ 286
Tartari 268
Terebinthinæ 268
contra Vermes 536
Violaceum 282
Vitellorum ouorum 271
Vitrioli 352
Vulpinum 266
Zanctinum 538
Olus atrum 23.24. 49.51.57.
Omphacinum Oleum 270
Omphacium 130
Onyx 239,240.257
Ὄφις 481
Opium 484
Opium in oleo dissolui non potest 262
Opobalsamum succedaneum. Euritij Cordi 288
Opobals. succedaneum 22.41 57.86.93.101.110,235.237 488
Opobalsamum 80.488.
Orchis 92
Origanum Creticum 214
Orientale 71.72
Origani Persici loco quid 71.72
Origanum Persicum 71.72 214
Oxymel compos, 161
simpl. 161
alleboratum 526
Scillit comp. 162
Scillit. simpl. 162
Oxysacchara compos. 145
simplex 145

P.

PAEonia 55
Palma Christi 286

Panes

Pancratium 478
Paris porcinus 315
Papaver rubrum 300
Paralysis herba 295
Parietaria 276.300
Pastulæ laxatiuæ 529
Pastilli Scillitici 478
Theriaci 93.479 481
Pastinaca marina 63
Pelecini pæuuria quid 116
pentaphyllon 493
Persicaria 295
Periclymenum 296
Persici flor. & fol. vapor & destillata aqua aluũ soluũt 173
Petroleum clarum flauum 86 287
nigrum & crassum 288
Petroselinum 494
agreste 43
Macedonicum 23.49
Pharmacopœus qualis esse debeat 10
Pharmacorum parand. tempus 393
Philonum ex Gal. & Aegin. 68
maius, siue Romanum 66
Masuæ 67
Persicum 68
phisticum 47.92
Phu 79.108.296.502. 503
Phyllitis 145
Phyllon 121
Pilulæ 207
Pilul. de Agarico 211
aggregatiuæ 212
alephang. 207
alephang. Val. Cordi. 232
de Aloë & mastiche 224
de Aloë lota 224
Arabicæ 209
Arthriticæ 210
Assaieret 209
Aureæ 211
de Bdellio 231
Bechicæ 231
Benedictæ 211
Cochiæ Rhasis 211
de Colocynthide 211
de Cynoglossa 233
de Eupatorio 211
de Euphorbio 211
Fœtidæ maiores 211
Fœtidæ Rhasis 211
de Fumo terræ 213
de Hermodactylis 213
de Hiera compos. 215
de Hiera cum Agarico 220
de Hiera simpl. 215
Iliacæ 533
Imperiales 227
Indæ 218
de lapide Armenio 220
de lapide Lazuli. 220
Lucis maiores 221
Lucis minores 222
Mastichinæ 223
de Mezereo 221
de Nitro 532
Pestilentiales 225
de Octo rebus 229
de Opopanace 228
de Quinq. gen. Myrob. 229
de Rhabarbaro 224
de Serapino 230
de Sarcocolla 226
Sine quibus 226
Stomachicæ Alkindi 225
Stomachicæ Mesuæ 227
Pillularum massæ ex tract. 347
Pimpinella Germanica 295. 301.
Pimpinella Italica 300
Pinguedinum præparatio 338
Piper album 484.495
nigrum 24.101.484. 495
longum ibid.
Pistacium 247
Plantago maior 295

Plumbi præparatio 333
Polium montanum 102
Polytrichon 296
Pompholyx 312
Pomum Ambræ 534
Ponderum ratio 341
Potus Hippocraticus 527
Præparationes quorundam simplic. 331.
Prasium viride 329
Primula Veris 123
Præpolis 327
Prunorum syluest. vapor & aquadestill. aluum soluunt 173
Prunus syluest. 314
Pseudodictamnus 233
Ptisanæ cremor 527
Pulegium 496
ceruinum 248
Pullicaria 292
Pulmonis Vulpini præparatio 337
Pulpa Casiæ fistulæ solut. 174
Cerasorum 167
Prunorum 179
Sem. Asparagi & Rusci 192.211
Thamarindorum 174
Puluis ad Epithemata cordis 563
ad Epithemata hepati 64
ad Glandes vel Suppositoria 207
Puluis aut Tragea laxat. 205
medicaminis Turbith. 205
Senæ præparatæ 205
Sternutatorius 206
Puluis Epilepticus 520
pro Gutturis vlceribus 521
contra Hydropem, Erasti 531
ad Partum, Helidei 520
contra Scabiem 529
contra Vermes 535
Violarum odoratus 521
Punicæ syluest. flos 83. 122

Q.

Q Vid pro quo 423.

R.

R Adicum delectus 358
Radix concaua 255
Ramich 83
Rapa 492
Raued 245
Raued Senî 150.212.215. 222.236
Requies Nicolai 69
Resina Abietina 497.498
Terebinthina ibid.
Rhabarbarum 491
Ponticum 491.492
Rha siue Rheu Pontici panuria quid sumi possit 21. 119.236
Rhabarbari extractio 346
Rha Ponticum verum 80. 102.104
Rhodostagma 243
Rhus culinarium, obsoniorũ 84.120
Ricinus 285.286
Rob 165
Rob de Berberis comp. 165
de Berberis simp. 165
Cerasorum 167
Nucum 165
de Ribes comp. 165
de Ribes simplex 165
Rosa asinina 55
Rosata nouella 59
Rosmarinus 116
Rubricæ Lemniæ loco quid 314

114
Rubus Idæus 166
Ruscus 192

S.

Sacchari libra in confectionibus quantum specierum requirat 16
Saccharum Tabarzet 26.195
Sagapenum 89.104
Sal Hammoniacum 86
Salis Indi loco quid 218. 221
Saliunca 22.70.77
Salpetra 310
Salvia Romana 301
Sampsuchus 235.260
Sanguisorba 295
Sanguinis Hirci præpar. 338
Santalum Machoziri 17
Moschatellinum 28
Sapa 153.211
Sapphiri loco quid 53
Sapphirus 50
Sardagemma 50
Satyrion 90.92
Saxifragia 43. 51. 134.204 301
Scammoneæ præparatio 334
Scariola 38.45.154
Scatuncellum 311
Schœnanthum 37.39.93.496
Schœnon 110.114.237.238
Scilla & Pastilli scillitici 478
Scillæ præparatio 335
Scincus 90
Scolopendria 145.177. 267.300
Scolopendrion 242
Scordion 101.485
Scoria ferri 72
Scoriæ ferri præparatio 334
Secacul 62.63.73
Seitaragi Indum 73.217
Selinon 494
Semen rosarum 251
Seminum delectus 378
Semperuiua minor 311
Sericum 31
Seris 119
Serpentes 480
Serpentaria 92.292
Serpentariæ loco quid 336
Sesamum 287
Seseli 23.79.102
Creticum 43.57.58.108
tenue 109
Seta cruda 31
Sextarius 82.299
olei 273.274
Sicilicus 84
Sief album 533
Sigilli Lemnij loco quid 94.103
Sigillum Lemnium 103
Siler montanum 23.102
Simplex absolutè scriptum quid denotet 385
Simplicium delectus 368
Simp. Adulteria 376
Simplicium legendorũ tempus 393
Sinapi album 76.77
Sinnus 79
Sinon 79
Sinonum 43.79.81
Syrup. de Absinthio maior 134
Acetositatis Citri 128
Acetositatis Limonum 129
Acetosus compos. 128
Acetosus simpl. 127
de Agresta 130
Althææ Fernelij 522
Aranciorum acetosorum 130
de Artemisia 133
Augustini Niphi 523
Byzantinus comp. 132
de Byzantiis simp. 132
de Calamintha 139

de

de Cichorio cum Rhabar. 141.143
Dinarij 132
de Duabus radicibus 127
de Epithymo 152
de Eupatorio 150
de Fumaria maior 137
de Glycyrrhiza 148
Granatorum acetosorum 131
Granat. dulcium 131
de Hyssopo 149
de Endiuia comp. 140
Infusionis rosarum 135. 136
Infusionis violarum 135. 137
de Iuiubis 146
de Lupulo 158
Melissa Fernelij 522
de Mentha maior 138
de Mentha minor 139
Myrtinus compositus 156
de Nymphæa 153
de Papauere compos. 155
de Papauere simp. 154
de Polypodio 524
de Pomis 130
de Prassio 148
de Quinque radicibus 127
è Rosis siccis 521
de Scolopendrio 524
de Stœchade compos. 151
de Stœchade simpl. 151
de Succo acetosæ 156
de Succo Boraginis 157
de Succo Buglossæ 157
de Succo Endiuiæ 140
de Succo Fumiterræ maior 137
de Succo Myrtillorum 155
de Succo Violarum 147
Violarum compos. 146
Siser 62
Sisimbrium 46.270
Sison 79.81.121
Siftra 58
Smaragdi loco quid 52
Smaragdus 50
Solanum 312
Sorba 315
Spargula 295
vera 300
Species ad suppositoria 207
Spica Celtica 70.72.94
Lauendula 286
Romana 70.77.112
Spina nigra vel cærulea 109
Spodij loco quid 251. 63. 243 53.61
Spodij præparatio 337
Spodium 245
Squama æris 327
Stacte 489
Styrax 102.106.262
rubea 86.246
Succedanea 423
Succed. Lobelij 433
Suchaha 150
Succinum 233. 257
Succorum delectus 373
Succus Borag. 155
& Buglossæ 158
Eupatorij 40.212
Scyllæ 322
Violarum 147
Sumach 84
Suppositoria, seu Glandes 207
Symphytum petræum 84
Synodontes lapid. 257
Syrupi 127
Syrupus de Pyris 162
de Cichorio Val. Cordi 163
Refectiuus 165

T.

TAmariscus 72
Terebinthinam coquendi modus 340
Terebinthus & Resina Terebinthina 497.49-
Terebinthi loco quid 188

Terra vel Rubrica Lemnia 500
Sigillata 484.500.501
Terræ cimoliæ loco quid 121
sigillatæ loco quid 52.53. 68 103
Testiculi Vulpis 92
Tetrabit 295
Thamar 21
Thereniabin 221.228.242. 250
Theriaca eius descriptiones variæ 474
vnde dicta 476
cur γαλλων 477
eius vires, quando recens danda, quando antiqua, qua dosi 478.511.512. 513
Theriacæ Monspelienſiũ formula 507
Theriaca Rusticorum 485
Theriaca Andromachi 93
Androm. senioris 105
Diatessaron 109
Theriaca pauperum 515
Θηρίακα 476.480
Thymbra 25.36
Thymiama 86.246
tiammoniacum 121
Thlaspi 102.214.499
Thus album aut flauum 64
masculum 64
Tirus 334
Tormentilla 494
Tragea laxat. 205
Tribulus aquaticus 290
Trifolium acetosum 296
Trochisci 234
Troch. de Absinthio 252
de Agarico 247
Alhandal 253
Alkekengi 249
Alindaracaron 108
Aliptæ moschatæ 246
Bechii albi 254
Bechij nigri 254
de Berberis 245
de Camphora 255
de Cappare 244
de Charabe 247
de Corallo 488
Cyphi 238
Diaui 247
Dizion ibid.
Diarrhodon 245
de Eupatorio 242
Galliæ moschatæ 246
Hedychroi 234.236. 237. 238
de Lacca 244
de Lacca Val. Cordi 255
de Myrrha 248
Ramich 240
de Rhabarb. 245
de Rosis 249
De Rosis simplices 533
Scillitici 234
de Spodio 252
de Succino Val. Cordi 256
de terra sigill. 250
Theriaci 108
de Thiro ibid.
de Violis 538
de Viper 234
Tryphera magna 70
minor 710
Persica 74
Sarracenica 72
Trypherarum differentiæ 418
Tussilago 154

V.

Valeriana 296. 502.503
Vas duplex 259
Venter Mergi 121
Vermicularis 311
Vesicaria 141
Vicia 479
Vini Falerni loco quid 430
Viperæ 479.480.481 482
Viola 243.175
Violaria 175

Vlceræ 101.234
De Vitriolo 354. &c
Vlmus 321
Vmbilicus marinus 257
marinus 309
Veneris 311
Vnguenta 289
Vnguent. Aegyptiacum 308
Agrippæ regis 289
Alabastrinum 539
Album 306
Album caphuratum 318
Anodynum 542
Apostolorum 290
Aregon 291
de Arthanita maius 314
de Arthanita minus 315
Aureum 308
ad Carunculas in pene 542
Citrinum 308
Gonitidæ 312
Dialthæa compos. 307
Dialthæa simpl. 306
Diapompholygos 312
Fuscum 311
Martiatum 293
Martiatum magnum 297
Martiatum paruum 303
Pectorale 317
Pediculorum 541
Populeum 310
Potabile 316
Rosatum Mesuæ 316
Rubeum caphuratum 318
ex Succis Arantij 540
de Tabaco 540
Vngula caballina 154
Vomitorium Fernelij 530
Vua Lupina 312

X.

XYloaloës 37
Xylobalsamum 506
Xylobalsami loco quid 530. 57
Xylocasia 20.214
Xylocinnamomi loco quid 276

Z.

ZAmbach 129
Zarnabum longum, rotundum 243
Zedoaria 29.50.68.506
Zurumbet 50

FINIS.

